UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

urn:nbn:de:hbz:466:1-52025

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3080.
J. IV.
8.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



APOCAL. 13.



MALVM SVMMI MALI SIVE

De infinita grauitate peccati mortalis

Lib. Prof. Societ. Jesu

LIBRI QVINQ.


AVCTORE IOANNE PELECYO SOCIETATIS IESV THEOLOGO.

MONACHII

CIↃ.IↃ. C.XV.

Ex Formis Bergianis, Impensis Ioannis Hertsroy.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO Maximiliano, Comiti Palatino Rheni, vtriusque Bauariæ Duci, &c. Domino clementissimo.

VAluit hæc olim apud plerosq; opinio, SERENISSIME PRINCEPS, vt si quod animal aut MAGNITVDINE rarum, aut FORMA prodigiosum, aut INGENIO sæuum inuenissent, id maximis quibusq; Principibus ducerent transmittendum. Fit enim, nescio sanè quo modo, vt suam OCVLI vo-

luptatem in MONSTRIS etiam ipsis inueniant: plureſq; habeat ſpectatores inſolens DEFORMITAS, quàm familiaris ELEGANTIA reperiſſet. Quare & Ægyptus HIPPOCENTAVRVM, & Antiochia FAVNVM; cùm viuos non poſſent, melle conditos; illum CLAVDIO principi, hunc CONSTANTINO Cæſari oſtenderunt; gratiam ab illis inituræ, ſi informes formas, & AFRÆ ſolitudinis ſpectra cõmonſtraſſent. Hominem MARINVM Libyes in Hiſpaniam; portentoſæ molis ELEPHANTVM Luſitani Romã ex vltimâ Indiâ deportarunt;

runt; longæ nauigationis grande pretium pacti, vt Monstrum belluę summus terrarum PONTIFEX videret. Quid multis? HYDRAM ipsam si HERCVLES, aut SPHYNGEM suam OEDIPVS reducerent, magnis heroibus nunc ipsi heroës dedicarent. Equidem nescio, SERENISSIME PRINCEPS, an non perinde portentosam belluam Vestræ Serenitati hodie transmittam? Monstrum profectò HORRENDVM INFORME, INGENS: quod pridē in COELO conceptum, MVNDI huius tetrarchiam infelicissima sobole vastare, &

hodieque per inferos latissimè grassari perseuerat. MORTIFERVM id PECCATVM est: lues pernicieſq; generis humani: Animal Tigride sæuius; HYDRA monstrosius, & præ omnibus HIPPOCENTAVRIS FAVNISQVE deforme. Quod non modò cum ferisLEONIBVS comparant diuinæ litteræ; sed cum VIPERIS etiam pestilentibus componunt: Nec contentæ ASPIDEM aut DRACONEM dicere; alijs hoc genus nominibus turpissimam feram infamant. Huius ipsius progeniē appellat Magnus AVGVSTINVS, TRAGE-

GELAPHOS ; huius ipsius prolé CLEMENS ALEXANDRINVS, Cētauros; dignos infaustâ parente pullos. Quod ego proinde ANIMAL cùm SVMMO BONO planissimè contrarium viderem volui non abs re SVMMVM MALVM indigetare: digniori voce appellaturus, si peiorem inueniſſem. Id verò cùm non viuum hodie, sed melle conditum, & quinque his libris, velut in tabellâ, depictum haberem, rebar minimè fore ominosum, si, veterum exēplo, monstrosissimæ rei imaginem, ad VESTRAM quoque SE-

RENITATEM perferrẽ: Non ſanè quod arbitrabar amore aliquo dignam, (quis enim hanc HYDRÆ formã, & ORCI infamiam amet?) ſed quòd ſperabam fore, vt aliquam ab eius aſpectu voluptatem, VESTRA SERENITAS caperet; ſi ILLA bonique cæteri viderent, à quàm deformi monſtro liberi viuerent: MALI, quàm turpi portento obnoxij ſeruirent. Vtinam ea magis tempora eſſent, quibus SVMMVM BONVM ſiue deſcribere mihi, ſiue SERENISSIMO HVIC NOMINI inſcribere liceret? Nemini ego illud neque iuſti-

iustiùs, neque lubentius dedicarem; ea sunt SERENITATIS VESTRÆ, MAIORVMQVE SERENISSIMORVM in familiam hanc nostram merita. Interim certè, cui nondum illud inscribimus, iustissimis pridem votis apprecamur; meritóque plausu lætissimas hodie, non ANNI VNIVS KALENDAS, sed annorum centurias vouemus; parati de Nostris aliquid demere, vt numerũ hunc farciamus. COELVM, SERENITATI VESTRÆ SERVM flagitamus; Nondũ enim ex bono publico est, vt

eius voti damnemur: infelicem patriam visuri, si citò audiremur. Monachij, Kalendis Ianuariis cIↃ, IↃ. C. XV.

Serenitatis Vestræ

Humillimus Sacellanus.

Ioannes Pelecyus.

CVm Ecclesiæ militantis (vt hodiè est) miseranda imago animum subit meum, eamque, Candide Lector, plus & plus perlustro meditatione, non possum non intimis commoueri sensibus, & propemodum dolore confici, nimirum illam pulcherrimam Sionem, ad omnem splendorem olim factam, tot inclytam virtutibus atque mysterijs, terram beatam ac florentem Israel, sanctam ciuitatem, vnam atque vnicè dilectam Christi sponsam, in hoc vsque tempus tam indignè haberi, tam turpiter fœdari, tam sacrilegè per summam iniuriam incestari. In eam insurgit perduellis ille, & iuratus Dei hostis Cacodæmon, qui olim de cœlo præcipitatus innumerabiles spirituum legiones auulsas, velut sidera, æternâ caligine demersit. Iam inde maiore inflamatus odio iraque, conuulsis fractisque orci claustris, eandem tempestatem & stra-

gem totis quatuor orbi plagis, ingenti & deplorando damno, per omne genus fraudis, mendaciorumque fucamenta immittit editque. Oppugnat ignobilis Deorum innumerabilium turba, quos longa ætas temporum, & tradux superstitio, & cultus vario ceremoniarũ ritu legibusque comprehensus, apud cæcas gentes fecêre magis timendos. Lacessit perfidia Hebræorum, quæ necdũ ad meridiem veritatis, & lucentis Euangelij solem debilitari penitus aut deleri omnis potuit. Verberat & quassat machinis suis, quæ diuinam perdidit, & perdidit humanam fidem hæresis. Demiq; extrema malorum, ipsum immanissimum malum peccatum mortiferum meditatur, dum vastitatem, turbinem, exitiũ sæuo passim aspectu permiscet; & ita quidem, vt iam nunc omnibus ferè despoliata ornamentis inconsolabili luctu deserta humilisque iaceat ciuitas frequentissima inquilinis, & quæ erat, juxta Prophetam, domi-

Thren. 1.1.

domina gentium, princeps prouinciarum, regina nationum, vidua sit facta, sub tributo, caligine obiecta. Heu mihi quomodo obscuratum est aurum? quomodo mutatus est color optimus? quomodo filij Sion inclyti amicti auro primo, reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? quomodo dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? quomodo abyssus peccati abyssum inuocat in voce cataractarum? quomodo militia hominum super terram *malitia facta est? Viuit homo quasi sine Deo, vel quasi Deus esset ligneus, aut lapideus*; *quin* insipiens non deest, qui dicat: non est Deus; vel, si verbis confitetur, factis tamen negat. *Libet mihi hoc loco cum Hieremia sanctissimo exclamare*: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem la-

Cap. 4. 1.

Ps. 41. 8.
Iob. 7. 1.

Ps. 13. 1.
Ad Tim. 1. 16.

Cap. 9. 1.

chrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? *Et cum Ioele* vlulare in monte sancto, cumque habitatoribus terræ conturbari, & clamare, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succēdit omnia ligna regionis. *Sed vnde tam agrestis & barbara peccandi libido atque licentia? Ex ignorantia, quæ erroris est mater, lucis nouerca, iniquitatis nutrix. Nescit videlicet homo, à malitia sua excœcatus, & in obscuro, sicut mortuus seculi collocatus, quanta sit grauitas & prauitas peccati læthiferi. Id per seruum suum Dominus mentium illustrator his verbis indicat*: Propterea ductus est captiuus populus meus, quia non habuit scientiam. *Quomodo ductus est? quasi bos: quo ductus est? ad victimam & lanienam, ad inferni præsepia, ab interioribus ad exteriores, easque sempiternas tenebras. Quanta verò peccati mortalis grauitas*

Cap. 2. 1. & 19.

Es. 5. 13.

illa

illa & prauitas est? Tanta, si rem ad veritatis libellam exigamus, quantum Deus exploratam habens suam maiestatem, cognoscit, isque solus; quicquid enim vel beatæ mentes, vel mortales de ea cognouerint, minus semper est præ eo quod præterea cognosci possit, idq; in infinitum. Tanta est, vt Deum ipsum propemodum in admirationẽ adducat supremam, quasi nullis meditandi finibus circumscribi aut contrahi aliquando possit. Id quod Propheta Hieremias suis oraculis in hæc verba intexuit: Et locuta es, & fecisti malum, & potuisti? *Et*: Numquid seruus es Israel, aut vernaculus, quare ergo factꝰ es in prædam? *Tanta est, vt Deus, si ita loqui fas sit, non credat peccatum in quempiam hominem cecidisse. Id quod clarè his Moysis verbis significatur.* Clamor Sodomorum & Gomorrhæorũ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descen-

Cap.3.5.

Cap.2.14.

Gen.18.20.

descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me; opere compleuerint, an non est ita vt sciam. *Tanta est, vt ad eius iustam abolitionem, necessarium fuerit vnigenitum Dei filium, Dominum nostrum è sinu Patris in terras descendere, naturam humanam assumere, & per omnem vitam diros & duros labores, ac mortem tandem ipsam, ignominiæ summæ plenam, crucis nimirum sustinere.* *Tanta est, vt, D. Basilio auctore, homo impius & conscleratus, Angelis se inuisum reddat, & à se, quantùm in ipso est, ipsos ableget.* Curauimus, *aiunt ipsimet*, Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. *Tanta est, eius vt exaggerandi exagitandique finem nullum illi faciant, qui in Ecclesia floruerunt sancti Dei Prophetæ. Plo-*

Hom. in Ps. 33.

rauis

rauit Esaias peccata Babylonis, Hieremias iniquitatem filiæ Sion, Ezechiel scelera & abominationes Aegypti & Tyri, Oseas & Amos flagitia Samariæ, alij alia. Tanta est, vt Apostoli, gloria Christi, eodem imbuti spiritu, nec blanditiis bonorumq; promissionibus, nec tormentis maximis propositis, & inflictis, adduci vnquam potuerint, quo vel tantillum de fidei integritate simulando remitterent, peccatoque adeo impietatis sacrilegè se contaminarent, Tanta est, vt Martyres inclyti, vniuersa cœli spectante curia, tormentorum atrocium varietatẽ, pœnarum exquisitissimarum acerbitatẽ, sæuissimarũ cædium immanitatem, suppliciorumq; crudelitatem, fortiter & infracto animo perferre, quàm Deum graui aliquo peccato offendere maluerint, ingenti sua gloria pariter & victoria. Tanta est, vt Patres Orthodoxi, pietate iuxta ac doctrina præcellentes, ingenij sui neruos omnes intenderint, stylumque exa-

exacuerint, mortiferi vt peccati grauitatem & peruersitatem infinitam adumbrarent certè, si non explicarent. Ex omnibus vel vnum Anselmum audiamus, cuius hæc sunt verba: Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & vni eorum necessario haberem immergi, potiùs me in gehennam immergerem, quàm peccatum in me immitterem; mallem enim à peccato purus infernum intrare, quàm peccati sorde pollutus cælorum regna tenere. *Tanta denique est, mirus vt in omnibus sanctis alius ardor semper apparuerit, quo & verbis, & factis peccati mortalis malitiam & impietatem immensam se auersari atq; execrari ostenderent. Nec sine caussa. Ob peccatum enim Angeli, qui iuxta Ezechielem 28. in delitijs paradisi fuerunt, rudentibus inferni detracti, quemadmodũ D. Petrus loquitur, 2. 2. traditi sunt, in tartarum cruciandi. Ob*

Lib. 1. de simil. c. 190

di. Ob peccatum primus parens noster Adamus, innumeris naturæ & gratiæ donis, paradisiq; possessione spoliatus & perpetuo exilio damnatus, laboribus, sudoribus, & sexcentis alijs detrimentis, morti etiam, vnà cum coniuge & posteritate omni subiectus fuit. Ob peccatum totus terrarum orbis, præter octo hominũ capita, vndis superfusus, coopertus, absorptus; & cum terra, vt Scriptura loquitur, Gen. 6. disperditus fuit. Ob peccatum vel vnicũ homo Dei gratia & amicitia, infusis ferè virtutibus omnibus, benefactorum meritis, cœliq; tandem hæreditate spoliatur, deformisq; & mõstri similis gehennæ hæres, teterrimorumq; spirituum socius æternũ constituitur. Hæc omnia, quàm graue, quamq; execrandum peccatum sit indicant, non tamen explicant; prolixiùs proinde & enucleatiùs ex S. scripturæ thesauris, Sanctorum Patrũ scriptis, & recentiorum Theologorum commentationibus, veluti lucidis sideribus

ribus excutienda est, tum vt rei, quam tractandam suscepi, maior fides cõstet, tum vt cognitio hæc tam vtilis, tamq; necessária, ad communis salutis vsum accommodatior existat. Id quod ego his meis lucubrationib° facere conor. Quod si parum ex ordine, in quo summũ momentũ esse solet, &, quemadmodũ Lectoris pij studium, & vtilitas postulat, minus clarè ac distinctè id factũ sit, nihilq; quod quidẽ emineat, elaboratum, aut iudicio quod eniteat, tersum à me afferatur, veniam spero dabit libenter, erit forsitan qui inchoatũ opus, & primis lineamentis ductis rude & impolitũ absoluat, coloribusq; & pluribus, & illustrioribus, ad Dei Op. Max. Virginisq; Sacrosanctæ gloriã, communẽq; vtilitatẽ pingat, viuaciusq; & accuratiùs exprimat. Interim tu vale pie Lector, & quicquid in hoc labore meo, qui exiguus non fuit, bonum rectumq; repereris, id omne Deo, à quo profectum est, tribue; si malum erratumque à me

posi-

positum fuerit, vt esse multa minimè dubito, inscitiæ incuriæq; meæ adscribe, & pro me assiduè ora.

PROGRAMMA.

De Summi mali origine & Auctore.

COLCHICA *nondũ Ollas implêrant* TOXICA *vallet,*
Vulgárántq; suam nulla VENENA *luem;*
Ductus ab extremo cùm deniq; CERBERVS *orco*
Primus in HVMANAS *intulit illa* PLAGAS.
Quippe salutiferos VOMITV *dum conspuit agros,*
Edidit infectum mox ACONITA *solum.*
Inde LVEM *pecorum miseri luxêre Coloni,*
Et festinatas rustica turba NECES.
Hæc mihi FABVLA *erat: Sed post quàm proditor alto*
Decidit è cælo LVCIFER, HISTORIA *est.*
Ille vbi lethifero maculauit SIDERA *fastu,*
Imbuit humanos hac quoq; PESTE *sinus.*
Serpere mox cœpit, mentesq; repentè per omnes
Grassari miseris plurima NOXA *modis.*
Hinc inimica furunt alternis IVRGIA *rixis.*
LINGVA *venenatas hinc mala figit acus.*
Inde CVPIDINEIS *feriuntur* CORDA *sagittis;*
Et piceæ tendunt in sua FVRTA *manus.*
Ebria quin etiam Bacchæo GVTTVRA *succo,*
Et stygio turgent secla SVPERBA *notho.*
Traxerit ex imo mala MAXIMA CERBERVS ORCO,
Tranit HIC *ex ipso* DETERIORA POLO.

Facultas R. P. Prouincialis.

Cùm quinque libri de MALO SVMMI MALI, *siue de infinita grauitate peccati mortalis, Auctore* P. IOANNE PELECYO, *à destinatis ad id Theologis lecti, lucemque mereri iudicati fuerint, Ego* MELCHIOR HARTELIVS, *Societatis* IESV, *per superiorem Germaniam Prouincialis, potestate ab Admodum Reuerendo Patre nostro* CLAVDIO AQVAVIVA, *eiusdem Societatis Præposito Generali accepta, eos typis publicari permitto. In cuius rei fidem Auctori hoc testimonium Chyrographo, & sigillo nostro subscriptum, ac munitum dedi. Mónachij 4. Octobris. Anno 1614.*

Melchior Härtelius.

PROOEMIVM,

Quo explicatur mortalis peccati ratio, totiusq; operis partitio.

ANtequam ad explicationem ipsam eius grauitatis aggredior: q̃ mortali peccato inest, quamq; tractandam suscipio, ne Andabatarum more in tenebris depugnare, & victoriã, Lectoris scilicet commodum vtilitatemque negligere meritò, sine ipsius merito, videri possim, vim & naturam, ne dicam immanissimam atrocitatem eius primò omnium, totius deinde operis diuisionem breuiter pro instituti mei ratione, ob oculos ponẽdam iudicaui. Continetur illa defectu volũtario perfectionis alicuius, ex diuina & æterna lege homini debitæ, quo ille ab ea lege diuina & æterna defciscit, quæ tanquã prima & certissima regula modum ei absolutè necessarium præfinit ad consequendam in cœlis supremam beatitudinem. Ratio hæc Doctorum omnium calculo approbata, immanem peccati mortiferi grauitatem & malitiam

tiam continet, sed sublimiùs aliquantò, quàm vt ab omnibus intelligatur, planiùs igitur ac pressiùs, vt magis illa eluceat, illustrioribusq; radijs emicet, proponi debet & explicari. Id, vt opinor, fiet, si ordine (licet peccatũ mortale omnẽ peruertat) tractemus, Primò, quis peccato mortali offendatur. Secundò, quis illo eũ offendat, quisué peccatũ mortale admittat. Tertiò, ad eum ad id faciendum, hoc est, peccandum, impellat. Quartò, quæ damna ille propterea, quasue pœnas incurrat. Quintò & postremò, quod qualeué peccati læthiferi remedium medicinaque existat. His quinque totidem libri respondebunt. Affulgeat de cœlo alma lux, & conatus nostros promoueat, finemq; optatum concedat.

DE IN-

1.

DE INFINITA GRAVITATE PECCATI MORTALIS.

LIBER PRIMVS.

Graue est peccatũ mortale, si eius habeatur ratio, in quem illud admittitur.

CAPVT I.

Deus ter Opt. Max. peccato mortali offenditur.

ILle, eheu, quem esse natura clamat, ratio demonstrat, fides annunciat, beatus videt; & cuius essentia suum est esse, magnusq; adeo sine fine Dominus, & laudabilis nimis, excelsior scilicet cœlo, profundior inferno, lon-

Exo.3.14.

Ps.144.3.

gior terrâ, latior mari, immensus omnino & incõprehensus, omnia comprehendens. Ille, qui
Mat. 19.17 vnus & solus summéque bonus
Exo. 33.19. est, & prima bonitas, quâ alia omnia bona sunt, & sine ipso nemini ipsum deferenti benè est, Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus omnipotens, qui erat, & qui est,
Apoc. 4.8. & qui venturus est. Ille qui vbiq;
Hier. 23.24 præsens est, cœlumq; & terram implet, essentiâ à nulla omnino re, & locõ absens, intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia, quia regit, infra omnia, quia sustinet, extra omnia, quia circumdat, intra omnia, quia penetrat; præsentiâ omnia, quæ vel hactenus fuerunt, vel sunt, vel in posterũ futura sunt, contemplans. Ille,
Iac. 1.27. apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, quiq; immotus stabilisq; manẽs

dat

dat cuncta moueri; qui quærit cum nihil illi desit, amat nec æstuat, zelat, & securus est, pœnitet illum, & non dolet, irascitur & tranquillus est, opera mutat, nec consilium; recipit quod inuenit, & nunquam amisit: nunquam inops, & gaudet lucris, nunquam auarus & vsuras exigit, supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non suum? Ille, qui nec initio aperitur, nec fine claditur, æternus semper existens, æternitas potius ipsa, hoc est, interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Ille, qui infinitâ intelligendi vi, immensaque sapientiâ præditus se comprehendit, aliaque omnia, vt peruigil & pellucidus oculus cernit, nilque illum toto quod fit in orbe latet, numerans

Eccli. 18.3.

Coloſ. 2. 3. multitudinem ſtellarum, omnibuſque eis nomina vocans, arenam maris, & pluuiæ guttas, &c. Deus qui totus oculus eſt. Ille, qui verus eſt, & verò veritas ipſa, quæ nec per ſe, nec per aliũ vel fallere, vel falli poteſt; vita item ipſa in ſe, & fons vitæ in alijs, voluntate amoréque libero prędita, qui ad demerendum hominem ea excogitauit, & fecit, quę ſolus diuinus amor inuenire potuit, ſol' exhibere. Ille, qui iuſt' ſimul & miſericors eſt, ſic, vt miſericordia iuſtitiam non excludat, nec miſericordiam impediat iuſtitia, etſi magis ſemper miſericordia reſplendeat. Ille, qui architectus rerum omnium & author eſt, totique orbi dominans, cuncta in ſuos fines ordinat potentiâ ea, qua ſine natura nulla ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus vſus expedit; cuius eſt magni-

magnificentia, gloria, laus atq; victoria, ad quem omnes spectãt thesauri, quia eius solius imperium & magnitudo, rex regũ, & dominus dominãtium, solus rex seculorum inuisibilis & immortalis est, cui millia millium ministrant, & decies millies centena millia assistunt; in cuius conspectu columnę cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Ille tandem, qui beatus, & verò beatitudo ipsa est, & à quo veluti fonte vberrimo & perenni in mentes beatas & mortales ipsa emanat. Et hic tantus tamq; magnus DEVS ac Dominus peccato mortali offenditur? Obstupescite cœli, & portæ eius desolaminì vehementer, dicit Dominus.

1. Tim. 6. 16.

Dan. 7. 10

CAPVT II.

Deus, vt benefactor noster, cui similis nemo, peccato mortali offenditur.

VT DEVS, *cuius natura*, quemadmodum S. Leo ait, *bonitas, & opus misericordia est*, diuitias gloriæ suæ, modo aliquo cum alijs communicaret, præter mentes beatas, hominem, quem ab æterno perpetua charitate dilexit, post cęteras creaturas omnes, quas pręstantia ille & dignitate, vt pote earum Dominus, longissimo interuallo superat, in tempore, quo ei placuit, ex nihilo, cum æternùm nihil fuisset, benignè & liberaliter, absque vllo illius merito, vel suiipsius necessitate, seu vtilitate, potentiâ suâ nullis circumscripta terminis, in lucem produxit, ipsum sibi donauit, suæque diuinitatis capacem fecit. Sic conditum alit, fouet, tuetur & conseruat, manuque comprehensum tenens, verbo virtutis suæ portat,

Serm. 2. de Natiu. Christi.

Rom. 9. 23.

tat, ne in id, quod minus adhuc est quam figmentum & somnium, hoc est, in nihil, vnde principium duxit, recidat, idque attenta, solicita singularique cura. Id quod D. Augustinus de se loquens, his verbis indicat: *Itaque totus tu in toto tempore, sine tempore, totum me simul semperque considerabas, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis. Semper quippe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocunque iero, tu me, DOMINE, non deseris, nisi prior ego te deseram. Vbicunque fuero non recedis, quoniam vbique es, & quocunque iero, inueniam te, per quem esse possim, ne peream sine te, cum sine* Solil. c. 14.

te esse non possim. In eum etiam fi-
Hom. 13. in c. 4. Act. nem D. Chrysostomo authore, cœlum extendit Deus, solem accendit, terram fundauit, maria fudit, aëra pãdit, & Lunæ disposuit cursus. Quomodo
Sap. 11. 26. enĩ aliâs, inquit Salomõ, posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Is est cui cura est de vobis;
Ps. 35. 7. 135. 25. 146 8. qui homines & iumenta saluat; qui dat escam omni carni, ad vsum hominis; qui produxit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, rigans montes de superioribus suis, de fructu operũ suorum, terram satians;
Luc. 12. 7. is denique, cui omnes capilli capitis numerati sunt; & qui regit me, & nihil mihi deerit. Conseruatum hominem in filium adoptat. Non
Rom. 8. 15. enim accepistis, ait Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum
Ser. 6. Natiu. in quo clamamus, Abba pater. Qua de re sic S. Leo Papa: Magnum est dilectis-

dilectißimi huius muneris Sacramentum, & omnia dona excedit hoc donũ, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem &c. Dotatum tandem, prouidentiâ ſuâ regit & gubernat Deus, hoc eſt, per certa & accomodata media, eum ad æternã in cœlis felicitatem capeſſendam effert, ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum, & commodorum omnium ſufficientiam. De qua Dei magnificentia in hominem, paruus, vel nullus veri' ego, pluribus, breuitate mihi in omnibus propoſita, non agam; hæc ipſa, quæ in medium ſic protuli, peccati mortalis ſummam peruerſitatem, & execrandam impietatem, ad horrorẽ, ad abominationem, ad fugam oſtendunt.

Boet. l. de Simil. c. 14. Anſel. l. 13. de Trin. c. 5.

Caput III.

Peccator ideò Deum offendit, quia ab eo ſe auertit.

DE iniuria hac queritur ipſe-
Hier. 2. 5. met DEVS, apud Prophe-
tam his verbis: *Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti*
Ibidem v. 27. *ſunt?* &: *Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Id quod in figura DEVS olim prohibuit a-
Ezec. 46. 9. pud Ezechielem, cum præcepit, nullus vt ea porta templum egrederetur, quà ingreſſus illud fuit, ne tergum ſcilicet propitiatorio obuerteretur, in quo De-
Hier. 2. 27. us erat. Et: *Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliqui-*
v. 29. *ſtis me, dicit Dominus.* Et: *Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli? aut terra ſerotina? quare ergo dixit populus meus: receſſimus, non veni-*
Idem 2. 13. *emus vltra ad te?* Et: *Duo mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere*

tinere non valent aquas. Eandem auersionem indicat & illud: *Iniquitates diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* D. Aug. *Peccata*, inquit, *omnia hoc vno genere continentur, cum quisquis auertitur à diuinis, vereq; manentibus, & ad mirabilia & incerta conuertitur.* D. Greg. Mag. ei accinit: *Hæc mors peccati est*, ait, *quæ animam meam à Deo separat.* D. Thom. quoque docet, in quouis peccato mortali duo reperiri, auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturas, ab incõmutabili videlicet bono, ad commutabile, & ab infinito ad finitum. Impunè ne verò peccator se à Deo auertit, eumq; deserit? Minime: & Deus se ab illo auertit, eumque deserit, quod quàm malum sit & amarũ docet scriptura: *bibit enim aquam turbidã*

Lib. 1. de lib. arb. c. 16.

In 7. ps. pœn.

1. 2. q. 87. art. 4.

Hier. 2. 19.

Sap. 1. 16. *manibusq; & verbis mortem accersit, æstimans illam amicam.* Iratus olim Aaroni Deus, & Mariæ Sorori, *abiit, nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix.*

Num. 12. 10.

Exo. 33. 3. *Non ascendam,* ait idē Deus, *tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via, audiensq; populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.* Summum certè malum id est & suppliciū, vt indicat his verbis Oseas: *væ eis cum recessero ab illis.*

Os. 9. 12

Item Esaias, cùm sic scribit: *Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.*

cap. 1. 8.

Gen. 19. 26. Quia Lothi vxor contra Dei mandatum post tergum respexit, in statuam salis conuersa est, vt peccatori foret monumētum, ne seriò iudicatoq; viam Domini ingressus, retro vnquā ad

ad peccatum scilicet respiceret, alieno malo doctus.

Caput IV.

Peccator propterea Deum offendit, quia se ab eo, vt Legislator est, auertit.

HOc est, quia diuinis legibus atque prçceptionibus, quẽadmodũ par est, barbaro cõtẽptu non paret, eiq; obedire renuit. Id quod est crimen læsæ maiestatis diuinæ. Ita verò rem se habere ostendunt sequentia diuinarum litterarum testimonia. *Auerterũt se*, ait Dauid, *& non seruauerunt pactum*, mandata scilicet diuina. *psal. 77. 57*

Clarius id à Daniele dicitur: *Peccauimus*, inquit, *iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs.* *Dan. 9. 5.*

Et Zacharias: *Noluerunt attendere* (ad legem Dei) *& aduer-* *cap. 7. 11.*

terunt scapulam recedentem, & aures suas, aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu sancto, per manum Prophetarum priorum, & facta est indignatio magna à Domino exercituũ. Et

cap. 2. 20. Hieremias: *A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam; in omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* Confirmant idem vno & cõmuni sensu Patres Orthodo-

Lib. 22. cõ. xi. D. Augustinus quidem hoc

Fau. c. 27. ipso, quo peccatum sic describit: *Dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam.* Et:

Lib. de u. *peccatum est legis transgressio*: quam

99. q. 2. descriptionem totidem verbis

Ep. 1. c. 3. 4. ponit D. Ioan. *peccatum est iniquitas*; est enim iniquitas exorbitatio quædam ab æquo & recto, quod

quod per legem præscribitur. D. Ambros. *Peccatum est diuinæ legis transgressio, ac cœlestium inobedientia mandatorum.* Vult ergo peccator, quia se à Deo legislatore auertit, liber esse & Dominus, iuxta illud regij vatis: *Dixerunt* (impij) *linguã nostrã magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis Dominus noster?* Et in persona Moab dicitur: *audiuimus superbiã Moab, superbus est valdè, superbia eius, & arrogantia eius & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit his qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas.* Et illud Iob: *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri liberum se natum putat; vt vacca lasciuiens*, quemadmodum Oseas loquitur, *declinat; vt aspis surda*, iuxta Dauidem, *aures suas ad vocẽ incantatoris obdurat.* Vt animę suæ cõcupiscentias eius præstet, obe-

Ps. 11. 5.

Es. 16. 6.

c. 11. 12.

c. 4. 16.

ps. 57. 5.

obedientiam Deo debitam abijcit; vt legibus suis, quæ sensu & carne, non ratione & spiritu definiũtur viuere, possit, legi diuinę authoritatem detrahit; vt quod libet liceat, præcepta Dei pessundat. O peruersitatem! O cœcum mentis errorem transuersim actum! *Misit Deus filium suum factum sub lege*, vt D. Paulus ait, *& ipse non venit eã soluere, sed adimplere; & verò adimpleuit quoque, ad mortem vsque patri obediens factus. Diuini spiritus faciunt verbum Dei, audiuntque vocem sermonum eius.* Creaturę cæteræ omnes ab homine ad nutum Deo parent. Iubetur altare sciſſum effundat cinerem, sciſſũ est, cineremque effudit. Iubetur ignis Babylonicus pueros non tangere, & non tetigit eos omnino, neq; contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Terra Dei iussu magno hiatu disrupta est,

Gal. 4. 4.
Mat. 5. 17.
Phil. 2. 8.
3. Reg 13. 5.
Dan. 3. 50.
Num. 16. 31

est, & rebelles ac refractarios absorbuit. Petra, eiusdem præcepto, virga percussa, non ignem, sed aquam dedit. Danieli leones de voluntate Dei nõ nocuerunt. Et homo Deo non obedit. Ei merito illud Esaiæ dicitur: *Erubesce Sidon, ait mare*; quam ob causam? quia ego obedio creatori, tu non obedis. O mentis peruersam caliginem! *Num.* 20. 11. *Es.* 6. 88.

CAPVT V.

Peccator Deum offendit, quia ad creaturas peruersè se conuertit.

HAud difficile erit id ex scripturis confirmare, illis præcipuè, quibus monetur peccator ad Deum reuerti. *Conuertere ad Dominum*, ait Ecclesiasticus, *& relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula.* Et: *Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execra-* *cap.* 17. 21. 11. 23.

cap. 38. 6. *execrationem. Conuertimini*, ait Esaias, *sicut in profundum recesserat-*
c. 12. *tis filij Israel.* Et Ioel: *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu.* Consentiunt Orthodoxi Patres, cum peccatum, à DEO auersionem, & ad creaturas conuersionem, malam scilicet, definiunt. Experientia idem quotidiana, proh nefas, nimium quantum testatur. An enim impius creaturis malè non inhæresçit? an non humi iacet? humi autem? humo tegitur & cum talpis, oculis captus, cubilia fodit. Plus dico:
Dan. 4. 30. totus terra est, & cum Nabuchodonosore bouis in morem, fœnum comedit. Cantharidum
Thr. 4. 5. instar in sordibus & luto fœcis versatur, & cum croceis nutriri posset, stercora amplectitur. Quid? illius vmbram coram oculis

culis habet, illamque vt apprehendat, insequitur. Væ autem eis qui vmbram sic loquũtur; eum enim & vmbra regionis mortis, nisi ad cor redeat & mentem, certò certius sequetur. Vmbram porro non quamuis, sed vanam persequitur. *Ambulauerunt*, inquit Propheta, *post vanitatem, & vani facti sunt*; Vanum autem id appellatur, cui nihil subest, nisi mendacium. *Filij hominũ*, ait Propheta regius, *vsq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendaciũ?* De impiis dicit Oseas quoque, *quod comedant fruges mendacij.* Vbi nos legimus: viam iniquitatis amoue à me, lectio alia habet: viam falsitatis vel mendacij, quia voluptates, opes, honores, & cætera de genere eodem bona, verè bona non sunt, sed sophistica, sed falsa, sed inania, & men-

Hier. 2. 5.

ps. 4. 3.

cap. 10. 13.

ps. 118. 29.

ps. 26. 12. mendacia ; mentitur enim iniquitas sibi.

Caput VI.

Peccator offendit Deum, quia à creaturis leges accipit.

VEsanus peccator proiecta impudentia cœcus, ad creaturas, peruerso earum vsu, conuertit, earumque leges obuijs, vt dicitur, vlnis acceptat, ijsq; actiones & studia sua cõformat. Eas his verbis complectitur Platus noster: *Paupertate nihil est miserius & contemptius, nihil beatius diuitijs ; curandum est corpus, voluptates omnes sunt exquirendæ ; pulcherrimũ est eminere inter alios, imperare, celebrari, versari in hominum ore ; si quis conuitium dixerit, verbere appetendum, si quid grauius fecerit vulnere.* De his legibus illud occurrit : *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua*, quæ, iuxta

Lib 1. de bono stat. Relig. c. 5.

ps. 118. 85.
ps. 18. 8.

iuxta regium vatem, *immaculata est, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis*; maximè illa, quã Christus Dominus tradidit, cum docuit paupertatem esse beatam, *beatosq; spiritu pauperes*; *beatum esse luctum*; *si quis vnam maxillam percusserit, præbendam alteram*; *abnegandam voluntatem, amplectendam crucem*, &c. Idq; non tam verbo, quàm exemplo; *non habuit enim vbi caput suum reclinaret*; *tristis eius anima fuit vsq; ad mortem, mortem crucis*; *calamum quassatum, aut linum fumigans non fregit, diuinam voluntatem semper fecit, ita vt cibus eius fuerit facere voluntatem Patris in omnibus.* Cum ergo impij leges cum sanctis & salutaribus Dei & Christi legibus, tota, vt aiunt, diametro pugnent, illasq; ille, his spretis, ambabus manibus complectatur, quam graue sit pec-

Mat. 5. 3. & 5. & 39.

Lu. 9. 58.

Lu. 9. 58.

Mat. 26. 38

Mat. 12. 20

Ioan. 4. 34.

peccatum mortiferum eluceſcit.

Lu. 6. 24. Amos 6. 1. *Ex eo etiam, quod diuitibus væ prædixerit Chriſtus Dominus, iiſque qui pompaticè ingrediuntur in domum Iſrael, dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis ſuis, qui comedunt agnum de grege, & vitulos de medio armenti; qui canunt ad vocem Pſalterij, qui ſtudent calicibus epotandis, quibus homines benedicunt, & ſuper ventum eleuant elidentes validè.* Quid ergo? peccatori ex animo, totoque corde opto, vt ad ſe rediens cum Dauide votis ardentibus petat: *Legem pone mihi Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper*; ſeruandis enim ſuis legibus, pro gemmato virtutum torque, aſinariam in collo

Prou. 23. 30 Lu. 6 26. Iob 30. 22. Pſ. 118. 33.

ferret molam, quæ eum in profundum inferni demerget.

CAP.

CAPVT VII.

Peccator offendit Deum, quia se conuertit ad creaturam, vt vltimũ suum finem.

INdicat id Dominus noster, cum sic apud Matthæũ loquitur: *Qui amat Patrem, aut matrem plus quàm me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Et apud D. Ioannem. *Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non ejicerentur; dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.* Quo ipso certè creatum aliquid DEO antepoſuerunt. Eadem est ratio sententiæ D. Pauli, cum *auaritiam simulacrorum seruitutem esse asserit*, quia in ea scilicet vltimus finis constituitur, sicut in idolo, adeoque auarus seruus diuitiarum

Mat. 10. 37

Ioan. 12. 42.

Ad coloss. 3. 5.

arum est, & idololatra. *Aestimato malè pondere peccatorum*, ait D. Hieronymus, *leuius alicui videtur peccare auarus, quàm idololatra, sed non mediocriter errat; non enim grauiùs peccat, qui duo grana thuris proijcit super altare Mercurij, quàm qui pecuniam auarè cupit, & inutiliter congregat. Ridiculum videtur, quod aliquis judicetur idololatra, qui duo grana thuris offert creaturæ, quæ debuit Deo offerre, & ille non judicetur idololatra, qui solum seruitium vitæ, quod Deo debuit offerre, offert creaturæ. Ex genere quidem suo grauius est peccatum idololatriæ, sed ex alijs multis circumstantijs scelus auaritiæ potest esse grauius.* Idem habet Paulus in his verbis: *Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

Ad Rust. Mon.

Ad Phil. 3. 18.

Ad

Ad quæ verba alludens Tertullianus: *Deus*, inquit, *tibi venter est, & pulmo templum, aqualiculus altare, Sacerdos coquus &c.* Qui ventri indulgent, hunc velut Deum colunt, gallinas, perdicesque illi immolant, pecunias, milléque ciborũ genera illi offerunt; hunc vnum venerantur ac curant; at vir jeiunij amans, non solùm pro Deo ventrem non colit, verum nec clamorem eius audit; non illi venter, vt Deus, sed ille ventri vt seruo dominatur, iuxta illud Chrysostomi: *Ventrem*, ait, *accepisti, vt nutrias, non vt distendas; vt illi domineris, non vt ille dominium habeat, vt tibi inseruiat ad cæteras partes alendas, non vt illi inseruias.* D. Hieronymus in illud psalmi: *non erit in te Deus recens*, sic etiam scribit. *Cui Deus venter est, ei Deus recens est, quæcunque vitia habemus, & quæcunque peccata, tot recentes habemus;*

Aduersus Psyc. c. 17

Serm. 13. in Epis.

80. 8.

bemus Deos; Iratus sum, ira mihi Deus est; vidi mulierem & concupiui, libido mihi Deus est; vnusquisq; enim quod cupit, & veneratur hoc illi Deus est. Orig. Vnusquisq; quod præceteris colit, quod super omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus est. Sua cuiq; Deus, ait Virg. fit dira cupido. Apud Euripidem Cyclops de se profitetur:

Hom. 2.

Non vlla numina expauesco cœlitum
Sed victimas vni Deorum maximo
Ventri offero, Deos ignoro cæteros.

Alius sic canit:

Ambitiosus honos, & opes, & blanda voluptas,
Hæc tria pro trino numina mũd⁹ habet

Apud Ethnicos variæ res fictitiæ diuinitati consecratæ sunt, dijq; (dæmonia) plurimi fuerunt, & ad tria millia, & quod excurrit, ascenderunt; peccator tamen longius progrediens, creaturas omnes, quarum amore peruersò tenetur, Deos constituit, innumeros

meros proinde, partiales tamen; se ipse namq; solum & vnicum in malo rerum creatarum amore, quẽ communiter ad se refert, Deum vltimumq; finẽ cõstituit. Dij porro gentium, dummodo ipsi adorarẽtur, soliciti paruarũ fuerunt, soli vt essent, quidiuinis afficerentur honoribus, quin multorum variorumque societate gaudebant. At id Deus noster non fert, non patitur, sed in eos potiùs grauissimè seueriss-méq; animaduertit semper, qui sibi diuinum tribuerũt, vel in res creatas contulerunt. Luciferum *Esa.* 14. 14.
enim, quia altissimo similis esse voluit, de cœlo in barathrum inferni deturbauit; parentes nostros primos, quia voluerunt esse vt Dij scientes bonum & malũ *Gen.* 3. 24.
è paradyso in hanc lachrymarũ vallem, quæ exilij instar est, relegauit. Nabuchodonosorem re-

gem, quia deitatem affectauit, in
Dan. 4. 22. bestiam, quadam ratione, mutauit. Herodem auro & gemmis
Act. 12. 23. radiantem, Deique gloriam sibi
Exo. 32. 28. arrogantem, vermibus immissis
Ezech. 28. 1. consumpsit. Vituli adoratores in ore gladij confecit. Tyri regẽ, quia cor suum eleuauit, & dixit *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris*, adducta super eum gente robustissima, è medio funditus sustulit, Alios, quos silentio prætereo, rationibus varijs Orci flammis addixit, idq; meritò; si enim Dauidi acerbum fuit,
2. Reg 15. cùm Absolonem filium regem se proclamasse cognouit; si Salo-
3. Reg. 1. mon Dauidis filius indignè tulit, cùm Adonias frater regnum affectauit, eumque propterea in templo occidit, an non partibus infinitis grauius ferret Deus, nomen, & maiestatẽ suam ad creaEsa. 48. 12. & 11. turam deferri? *Ego*, ait, *primus & nouissi-*

nouiſſimus: ego Dominus, hoc eſt nomẽ meum, gloriam meam alteri non dabo: ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrũ ex eo quod non eſt. Quid ergo ſuperbis terra & cinis? Recordare homo tibi dictũ: In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Soli ergo regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula, nobis autẽ confuſio faciei: Quibus ſcientia hæc non ſubeſt, fruitioneq; adeo creaturarũ Deos ſibi fabricant, eos Deus cedere ſede iubet, triſtemque redire ſub orcum.

Eſ 41. 24.

Gen. 3. 19.

1. Tim. 1. 17.

Dan. 9. 7.

Caput IIX.

Peccator offendit Deum, quia cum immani barbarie, quo ad ſe, perdere nititur.

DIximus ad huc, in Dei maieſtatem impium inſurgere,

eius omnipotentiam vilipendere, sapientiam contemnere, iustitiam conculcare, plura ne supersunt? supersunt eheu plura: quæ illa? Horreo dicere, doctrinæ tamen ordo me vt dicam cogit: Peccator horribile & nefandum deicidiũ meditatur; & in benefactorem ingratus, in patrem impius, in sponsum infidelis, in Deum idololatra sic inuadit, vt si dolorum & mortis capax esset, pereundum illi necessariò foret. O sathanicam malitiam? O diram tyrãnidem? Inuadit autem primò omnium, *aduersus Deum,*
Cap. 15. 26. vt Iob ait, *roboratus, pinguiq; ceruice armatus,* eum in reb. creatis aggrediendo, & ab illis expellẽdo, vsu suo nefario; Deus enim in illis, peculiari quadam ratione, est, cùm benè illis vtimur. Inuadit deinde, dum illum à se expellit,
Prou. 8. 31. *in quo deliciæ eius fuerũt antea,* cùm in

in gratia erat: Inuadit cùm eum è solio suo regali, cælo videlicet deijcit; & creaturam, vel se potiùs, ceu bonũ summum in eo collocat. Inuadit dum oculos Dei, hoc est, intellectum & rationem effodit, nõ ideo solùm, quia optat Deum sua peccata non videre, & castigare consequenter, sed eatenus quoq;, quatenus Dei sapientiæ suam, imo dęmonis, carnis, & mundi, multis partib. prę-fert, & cũ Saule, Deo neglecto, pythonissam cõsulit, cũ Ochozia Beelzebub Deum Accaron; cũ Roboam, abiecto seniorum cõsilio, iuuenũ accipit consiliũ. O consilium cõsultori pessimũ. Inuadit dum voluntatem Dei è medio tollit; quod enim, ceu bonum, Deus vult, ipse, ceu malũ, nõ vult; & vice versa, quod Deus, ceu malum, nõ vult, ipse tanquam bonum vult; quod Deus

4. Reg. 1. 2.
3. Reg. 12. 13.

amat, peccator detestatur, & cõtra; quod Deus præcipit, omittit ipse, quod omitti vult, id ipse amplectitur. Intellectu & volũtate sublatis, substantiam quoq; illius, quæ ab illis re non differt, inuadit & tollit, adeoque Deum ipsum, quo ad se, non reipsa; *si enim peccauerit*, dixit apud Iobum Eliu, *quid ei nocebit? altissimum posuit refugium tuum, sicq; nullũ malum ad eum appropinquare potest; cadent autem à latere eius mille, & decẽ millia à dextris eius, ad ipsum autẽ non appropinquabit; quin malũ Deus, quod in ipsum impius cogitat in illum*, vt Hieremias ait, *effundit*. In peccatorẽ, creatura etiam ad vltionẽ armata, sumpto scuto inexpugnabili, gladium vibrat, arcum tendit, sagittas ardentibus efficit, duram iram in lãceam acuit. Quid peccator? nihil timet, peccatum quasi aquam bibit, ab infernа-

cap. 35. 6.
ps. 90. 9.
ps. 9. 7.
cap. 14. 16.

fernali haud dubio Medea, violentis carminibus in ſtuporem transformatus.

CAPVT IX.

Chriſtus Dominus peccato mortali offenditur.

IS ſcilicet, qui verbi diuini hypoſtaſis eſt, in duabus naturis diuina & humana ſubſiſtens, adeoq; verus Deus & homo, genus ſuum ad tribum illuſtriſſimã Iudæ & proſapiam; ad inclytã Dauidis domum ac ſtirpem reuocans, abſque viri alicuius opera, ſpiritu autem ſancto mirabiliter operante & obumbrante cõceptus, & ſalua matris integritate natus. Is, cuius anima gratia omni, & ſanctimoniæ odorifero vnguento, prę conſortibus, ipſo conceptionis momento, vncta fuit. Intellectus ſapientiâ creatâ valde perfectâ, eaq; triplici, bea-

ta, diuinitus infusa, & aquisita postmodum naturali; lumine item gloriæ, quo beatus fuit, cõprehensor simul & viator. Voluntas gratijs gratisdatis, & omniũm omnino virtutum comitatu, à beatitudinis statu non alieno; vti & potentia præcellente, præstanteque facultate ad effectus omnino admirabiles, qui humanæ naturæ vires longè superant. Is, cuius corpus, temporis puncto, membris omnibus absolutum fuit, & cum anima sanctissima copulatum, eodemque instanti, cum eadem diuino verbo, in vna eademque hypostasi extitit, velamen omnino, sanctumque sanctorum, sanctissimam diuinitatem tegens, apparente videlicet humanitate, diuinitate autem latente, vnde
Isa. 45. 15. & *Deus absconditus* ab Esaia nuncupatur. Is, cuius corpus ex purpureo

pureo Deiparæ Virginis ſanguine, omnem purpuram, coccum, byſſum, hyacinctumque ſuperante, non opere plumario, ſed Spiritus Sãcti, pulcherrima mẽbrorum varietate compoſitum fuit & coagmentatum. Is, cuius corpus ſpecies fuit vt Libani, & electũ vt Cedri, ſpecioſum præ filijs hominum; cuius caput, & capilli candidi ſunt tanquã lana alba, & tanquã nix; facies ſicut ſol lucẽs in virtute ſua, diuinitatis radio in ea coruſcãte; genę cãdidę & rubicundæ; oculi ſole lucidiores, velut flãma ignis electos illuſtrans, & reprobos terrens; labia ſicut lilium myrrham diſtillantia; os fontis inſtar gratia exuberans; lingua melle & lacte fluens; vox ad inſtar aquarũ multarũ; pectus cœleſte ærarium; manus cœleſtium beneficiorum promptuarium; venter

eburneus Sapphyris distinctus; pedes vt columnæ ignis; mammillæ Zona aurea præcinctæ; totum corpus magnificatum vehementer, confessionem & decorē induens, amictum lumine sicut vestimento. Quid mirum? pinxit illud summus arte diuina, mirisq; coloribus. Is tandem qui

Hebr. 1. 3. & c. 7. 26. *splendore gloriæ, & figura substantiæ, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatorib°, excelsior cœlis factus, vnicus & naturalis æterni Patris filius dilectus, in quo ille sibi cōplacet, lux vera, homo infinitæ celsitudinis & maiestatis, omnium Dominus etiam dominantium, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, candor lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis illius.* Et hic offenditur? O septicipitem hydram, non ex frigidis Lernæis aquis enatam, sed vrentibus inferni flammis procreatam. O pelagus

lagus

lagus immensum malitiæ peccati mortalis?

Caput X.

Christus summe benefaciens peccato offenditur.

GEnus enim ille omne hominum redemit, hoc est, à potestate Diaboli, in potestatem Dei, cuius antea erat, vẽdicauit, cum seipsum sanguinemq; suum pretiosum, per mortem Deo patri obtulit, vt diuinæ gratiæ dona, quibus redemptio & libertas gẽeris nostri, ab ea diabolica seruitute continetur, nobis impetraret. *Mediator deinde melioris testamenti*, nos Deo reconciliauit hoc ipso, quo debellatis aëreis potestatibus, ac mundi principibus deturbatis, peccatisque in profundum maris proiectis, nos inter captiuos detentos, Deo patri, cœlumq; terræ restituit. Me-

Eph. 1. 7.

1. Tim. 3.

Mat.9.12. dicus item bonus ac cœleſtis, dona ea gratiæ nobis impetrauit, quibus recta officia, tam naturalia, quã ſupernaturalia præſtare, & peccata mortifera omnia vitare poſſumus. Caput præterea, vt hominum, ita & Angelorum, eccleſiæq; adeo totius ac regum terræ princeps & Imperator, gratiâ in ſua membra influit, & ad finem vltimum dirigit. *Sacerdos*, inſuper *ſecundũ ordinem Melchiſedech, animarũ noſtrarum Epiſcopus*, ſummuſq; Pontifex, thuribulo carnis humanæ aſſumpto, in ſancta ingreſſus, ac inter viuos & mortuos ſtans, redemptionem peccatorum, proprio ſanguine inueniens, dona pro nobis, preces, & ſacrificia obtulit, plenaque manu ſacra multa nobis dedit; palam enim triumphans, & gloriosè magnificatus, fortem alligauit, prin-

Ad Eph.4. *15.& 5.23.*

Hebr.5.6.

1.Pet.4. *1.Cor.1.* *pſ.70.* *1.Pet.4.*

cipa-

cipatus expoliauit, potestates confidenter traduxit, iniquitatem domui Iacob dimisit, diuinæ naturæ consortes nos effecit, sapientia, iustitia, sanctificatio nobis factus est, perfectam adoptionem filiorum Dei contulit, vt & iustitiam, & abundantiam pacis. Legislator item proprias nobis sanciuit leges; prophetica & regia potestate spirituali excelluit; rex, super montẽ sanctũ Dei est, prædicans præceptum eius, & eripiẽs nos de potestate tenebrarum transferens in regnũ dilectionis suæ. *Dan. 2.* Doctor & præceptor etiam noster est, viam cœli in veritate, & breuitate docẽs, panem arctum, & aquam breuem, hoc est, doctrinam Euangelicã breuem, quę dilectione Dei, & proximi continetur, prolixè largitur. *Pastor quoque noster bonus, qui animam*

suam

Io. 10. 11. *suam pro ouibus suis posuit*, gregemque suum, vt in rapinam nõ sit,
Act. 10. 42. saluat. Viuorum tandẽ ac mortuorũ olim erit Iudex. Et hunc, qui in mundo via fuit, in cœlo vita, in terra pretium, in cœlo præmium, in terra sacrificium, in cœlo gloria, peccatum mortale offendit? O tartareum peccatum. O diaboli virus.

CAPVT XI.

In quo peccator Christum Dominum offendat?

EO, quo, factis ipsis profitetur se hostem & inimicum Christo; vult enim ipse & imperat bonum, & non vult iniqui-
ps. 5. tatẽ, iuxta illud: *Manè astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es*; qui peccat autẽ malum vult, & quod iniquũ est, Christus etiam Dominus noster
c. 14. 9. odit peccatũ; *similiter*, ait sapiẽs,

odio

odio sunt Deo impius & impietas eius, peccator autē amat illud, obuijsque manibus amplectitur. Christus item peccatum non fert, nō tolerat; vnde vt illud aboleret, innumera, & in his turpissimam quoq; crucis mortem passus est; peccator verò ipsum fert & tolerat, eiusq; amore talentū quoq; plumbi, malaq; plurima, quæ secum peccatum affert, euersionē scilicet animę status, perturbationum seruitutē, Dei odiū, reterrimorum spirituum societatem, gratiæ & virtutum iacturā, cœli exilium. Christus insuper hominem impium redemit, Diabolo rursus ille se vendit; Deo illum Dominº noster recōciliauit, ipse rursum se ab eo alienat; Cœlestē medicum respuit; capitis Christi influxum floccipendit; sacerdotis summi maxima & pretiosa promissa & data repudiat; leges

Zach. 5. 7.

ges sanctissimas reijcit, prophetias, doctrinas, & diuina monita nihili facit; boni pastoris ductum aspernatur, iudicis comminationes, negligit; quin in eum, ceu signum cõtradictionis mortiferas sagittas dirigit; supra dorsum Christi fabricat, eum cruci figit. Tandem Christus Dominus noster vitæ virtutumque suarum exemplum, quod sequeremur, reliquit, homo conscelleratus humilitati illius superbiam, abnegationi rerum caducarum auaritiam, charitati inuidiam, mansuetudini iram, sobrietati intemperantiam, zelo acediam, modestiæ lasciuiam, honestati turpitudinem, paupertati diuitias, luctui gaudium, contemptui honoris ambitionem, cruci corporis curam, multis parasangis præfert. *Ambulat*, vt D. Petrus inquit, *in luxurijs*,

psal. 28 3.
Hebr. 6. 6.
1. *c.* 4. 3.

curijs, desideriis, violentijs, commessationibus, potationibus. Seipsum; iuxta D. Paulum, *amat, cupidus est, elatus, superbus, blasphemus, parentibus non obediens, ingratus, scelestus, sine affectione, sine pace, criminator, incontinens, immitis, sine benignitate, proditor, proteruus, tumidus, & voluptatum amator magis quàm Dei, habens speciem quidem pietatis, virtutem autẽ eius abnegans.* Verbo: *volũtari⁹ dæmon* est, eũ vt D. Chrysostomus appellat. An iam vlla maior iniuria ab homine in Christum Dominũ nostrũ proficisci potest? an grauiùs offendi potest? an vlla Deo potest iustior irascendi esse causa? O infamatam peccatoris & perfidiam & insaniam.

2. Tim. 3. 2.

In Ep. ad Rom. c. 15.

Caput XII.

Beata augustissimaq; virgo Maria peccato offenditur.

Illa

ILla, quę ex inclyta Dauidis domo ac ſtirpe originem ducit, & in atauis ſuis quatuordecim reges, duces, & heroas Iſraelis gloriosè numerat, reginaq; adeo exiſtit. Illa, quæ ex parentibus regali principaliq; nobilitate conſpicuis, & accuratiore vita præſtantibus, ſine labe, & peccato originali concepta fuit, & in cõceptionis momento ſanctificata, & gratia diuina juſtificante tam copiosè ornata, virtutibuſque omnibus cumulata extitit, peccare vt vllo modo non poſſet. Illa, cuius corpus, membrorum integritate, figuræ, & colorum ſuauitate perfuſum, morũ ſanctitatem, Angelorum puritatem, ac neſcio quem fulgorem diuinum retulit; *Cuius caput corona duodecim ſtellarum radiauit; comæ illius fuerũt, ſicut purpura regis vincta canalibus; naſus ſicut turris Libani,* Cant. 7 4.

quæ

quæ respicit contra Damascum; oculi sicut piscinæ in Hesebon; genæ areolæ aromatum, consitæ à pigmentarijs; guttur sicut vinum optimum, dignum dilecto ad potandum; lingua eucharis; Labia lilia distillantia myrrham primã; colli sicut turris eburnea; manus tornatiles, aureæ:, plenæ hyacinthis; digiti pleni myrrha probatissima; vbera beata; venter eburneus distinctus sapphyris; crura columnæ marmoreæ super bases aureas fundatæ; pedes Luna tecti, eorumq; gressus pulchri in calceamentis; statura palmæ assimilata. Illa, cuius fides, in omni vita fuit constantissima, spes certissima, charitas ardentissima, prudentia eximia, sancta modestia, humilitas summa, obedientia singularis, sapientia exuberans, puritas ea, qua neminem sua pulchritudine offendit, *quaue*, vt Anselmus ait, *maior sub cælo intelligi nequit; tota pulchra, sineq; macula*, idq;

Eccli. 6. 5. Cant. 7. 4. Cant. 5. 4. & 14.

ad

Cant. 4. 7. ad finem vsq; vitæ suæ. Salamandra flammas inter peccatorum absque vstulatione vel minima. Sacra illa & viridis laura, æterno dicata numini, nullo vnquam peccati fulgure tacta. Arca illa Noe super vndas peccatorum natans. *Lilium inter spinas. Firmamentum virtutis.* Arca de lignis incorruptibilibus fabricata, intus & foris aurea. Salomonis thronus, cui vt S. litteræ perhibēt, nihil in orbe terrarum simile vnquam extitit; sic nec illa primam visa est similem, nec habere sequentem; diuitiis filias vniuersas supergressa est, in apice videlicet montis constituta, cuius finis in circuitu sanctorum est. Illa, quam D. Iacobus Apostolus *Deiparam vocat, irreprehensam, matrem Christi, honorabiliorē Cherubin, gloriosiorem Seraphin, corruptionis expertem, gratia plenam, templum san-*

Cant. 2. 2. Exo. 25. 11. 3. Reg. 10. 9.

In Litur. sua.

Etifi-

ctificatum, paradisum spirituale, virginum deniq; gloriam, cui vniuersa gratuletur Ecclesia. D. Ambros. virginitatis magistram, D. Chrysostomus, mundi miraculum, sanctissimumq; spectaculum, tabernaculum Dei intus & foris aureum. D. Damasc. cœlum verè animatum, vitæ thesaurum, abyssum gratiæ. Epiphanius virginitatis principem. Sophronius perfectionis virginalis exemplum. Isidorus caput Virginum. Bernardus earum primiceriã. Ecclesia virginum virginem, &c. Illa tandem quæ non anima duntaxat, sed & corpore quoq; post mortem resumpto, Christo filio deducente, sanctorumq; spirituum grege, & innumerabili cœlitum exercitu comitante, deliciis affluens, innixa super dilectum suum, ascendit in cœlum, & in throno altissimo celsissimoque, iuxta filium suum, gloria & ho-

De dor. Virg.

Cant. 8.

nore

nore coronata, in vestitu deaurato, circundata varietate, supra se sanctissimam tantummodò Trinitatem, & Christi humanitatem, infra se omnes omnium Angelorum hominumq; hierarchias, omnes choros, omnes cœlos, & elementa, æternùm regina omnium regnatura triumphat. Et hæc mortali peccato offenditur? O portentosum & Sathanicum peccatum.

Caput XIII.

Magna nostra benefactrix Virgo Maria peccato mortali offenditur.

Beneficia plurima dedit nobis sacratissima Virgo. Principiò *porta fuit*, iuxta D. Ambrosium, *per quam Deus ingressus est in mundum; porta clausa, ideo virgo, porta orientalis, quoniam verum lumen effudit, quæ genera uit orientem,*

In lib. de instit. Virg. ad Eus. 6. c. 6.

pepe-

peperitq; ſolem iuſtitiæ; Vnde & ab Ecclesia canitur: *Salue porta, ex qua mundo lux eſt orta.* Dirum deinde illum ſerpentem, qui vniuerſo hominum generi, peſtiferis faucibus teterrimũ venenum afflauerat, contudit, caputque eius, per Chriſti gratiam contriuit. *Hæreſes item ſolã in vniuerſo mũdo interemit*, hæreticoſq; alitera pecora campi abegit. Peccatum in orbem illatum pepulit, hominemq; ex faucibus mortis, & inferni eripuit, vita illi ſpiritali allata. *Defenditur*, ait Gregor. Mag. *& purgatur mulier à muliere. Prima (Eua) aditum, & locum introeundi peccato dedit; hæc vero (Maria) introeunti iuſtitiæ ſubſeruiuit; illa cõſilium ſerpentis amplexa atque ſecuta eſt, hæc ſerpentis interfectorem præbuit; illa per lignum peccatum introduxit, hæc per lignũ bonum inuexit.* Et ante eum D. Aug. *Auctrix*

Ita Eccl.

Inorat. de Natiu.

Serm. de Aſſump.

peccati Eua, auctrix meriti Maria
Eua occidendo obfuit, Maria viuif
cando profuit; illa percussit, hæc sana
uit. Ab ea, vt D. Hieron. scribit
Ser. de Assumpt. tanquã canali, & à filio, ceu fonte, om
nis in orbem emanat gratia. Eius e
tiam vnius vita, omnium, iuxta D
Lib. 1. de Virgin. Ambros. disciplina est, omnium spe
culum. Sol ijs, qui in splendore grat
vitam agunt. Aurora ijs, qui è pe
catorum tenebris ad pœnitentiã tran
eunt. Omnium actionum auspex, du
& mediatrix. Omnium est mater, pa
trona, & aduocata, misericordes ocu
los ad nos conuertens, miseris succur
rens, iuuans pusillanimes, refouen
flebiles, pro populo orans, pro clero in
terueniens, intercedens pro deuoto fœ
mineo sexu. Et quis dubitet Mariam
quicquid à filio petit impetrare? aut
quid illam aliud petere posse existi
mat, quàm quod Deo gratissimum,
& ijs pro quibus intercedit salutare
futurum sit? Intercessio illius tur

ris

ris est eburnea adeoque fortissima, ad quam omnes ab hostibus obsessi, sese salutis causa recipere possunt. Ex ea mille clypei pendent, omnis armatura fortium, quam induere debemus, vt possimus stare aduersus insidias Diaboli. Commune est *Ep.* 6. 11. mundi propitiatorium, cuius longitudinem, latitudinem, altitudinem, ac profunditatem S. Bernardus his verbis describit: *Quis misericordiæ tuæ, ô Virgo benedicta, logitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundũ queat inuestigare? Nam longitudo eius, vsq; in diem nouissimum, inuocantibus eam subuenit vniuersis; latitudo eius replet orbẽ terrarũ, vt sua misericordiâ plena sit omnis terra; sic & sublimitas eius, ciuitatis supernæ inuenit restaurationem; & profundũ eius, sedẽtibus in tenebris, & in vmbra mortis, obtinuit redemptionẽ. Ad cœlũ scala Iacob est,* *Ser. 4. de Assump.*

& porta cœli peruia. Hęc omnia docent Sathanicã esse peccati malitiã quailla grauiter offenditur.

Caput XIV

Qua re peccator Diuam Virginem offendat?

EA primũ: Quæ Christo Domino ex fide meritissimò tribuimus, cum matre glorioſiſſima ferè cõmunia ſunt omnia, & id igitur commune erit, vt cùm Christus offenditur, vti peccato grauiſſimè offenditur, offendatur & eodem mater. Incomparabilis deinde D. Virginis in filiũ ſuũ amor eſt, fieri ergo nequit, eum peccato offendi, nõ ipſam; effectus enim amoris zelus, cõmunem maliſenſum efficit. *Dauid vidit prævaricãtes & tabeſcebat. Paulus vidit ſcandalizatos & vrebatur.* B. igitur & virgo videns filiũ ſuum offendentes, offenditur &

Pſ. 118. 139. & 158.
2. Cor. 11. 29.

ipſa

ipsa ab illis. Vult insuper Deus vt nobilissimũ pietatis & puritatis eius exemplar imitemur, ab eo autẽ quàm lõgissimè peccatũ mortiferũ abest. Serui etiã eius nos omnes sumus, vti ipsa nostra Domina & Regina; seruitus autem hæc postulat vt defluentia in humum vestimenta eius, virtutũ scilicet decora, sanctamque eius viuendi rationem, quo ad eius fieri potest, ad imitationem bonumque nostrum colligamus. Fœmina illa, quę fimbriam vestimenti Christi vel tetigit, corporis sanitatem est consecuta; qui iam matris vestẽ collegerit, animæ certè sanitatem consequetur. Spiritus itẽ S. olim per Prophetam his verbis populum hortatus est suum. *Attendite ad Abraham patrem vestrũ, & ad Sarã, quæ peperit vos; quis dubitat iam eundem nos sic alloqui: Attendi-*

Mat. 9. 21.
Es. 51. 2.

tendite ad Christum patrem, qui po
gratiam vos in filios suos genuit, & se
quamini vestigia eius; attendite & a
gloriosam Virginem Mariam, in San
præsignificatam, ceu matrē vestram
eiusque exemplum, quantum potestis
imitamini. Quod B. etiam Augu-
stinus de sanctis martyribus scri-
bit, in Deiparam, citra contro-
uersiam conuenire potest. Illud
est: *Tunc pro nobis absque vlla dubi-*
tatione sancti Martyres intercedunt
quando in nobis aliquid de suis virtu-
tibus recognoscunt: Si tutelam eorum
deposcimus, si aliquando beata eorum
societate in cœlo perfrui desideramus,
necesse est vt eorum virtutibus sectan-
dis, peccato omni profligato, operam de-
mus: Beneuolentiā eorū nobis maxim
demeremur, si à peccato maximè mor-
tali immunes simus. Quæ omni-
ritè recteq; in peccato fieri ne-
queunt, eo ergo illa offenditur
Beneficijs tandem illa & pluri-
mis

Serm. 244. de temp.

mis, & maximis nos afficit, plurimùm ergo maximéq; peccato offendetur, quo ingratitudo cõtinetur maxima.

Caput XV.

Angeli peccato læthifero offenduntur.

Illi, qui ab omni materię & corporum concretione liberi, naturàque ipsa immortales, ex rebus omnibus nobilibus nobilissimi, & excellentibus excellentissimi sunt; & in quos Deus, ipso creationis momento bonitatis suæ diuitias, plena, quod dici solet, manu effudit, gratiam scilicet, rerum omnium naturâ constantium scientiam, virtutes, vimque & robur magnum, speciem, & pulchritudinem tantam, vt pleni decore ab 28. Ezechiele, ab alijs nube aut can- *Apoc.15.*

didissima byssо amicti, aurei ornati torquibus, coronati diademate, ignei, flammei, clari, splendidi appellentur, gloriam tandem in cœlis, perpetuamque beatitudinem. In qua eorum aliqui, qui in executione rerum gerendarum, adeoque pulchritudine infimi sunt, nomen peculiare ab alijs distinctum non habent, sed illud retinent, quod diuinis spiritibus commune est, Angelique, id est, missi vocãtur. Alij inter principatus, & Angelos iam dictos, in rebus gerendis medij sunt. Nonnulli Principatus nomen adepti sunt, & sunt illi, qui quasi primi duces in executione rerum gerendarum existunt. Quidam potestates dicuntur, eò quod insuperabili constantiâ diuino obsequio intenti sint, illudque ordinatissimè suscipiant. Virtutum

Hebr. 1. 14.

1. *Thess.* 4.

tum nomen certi sortiti sunt, inconcussaque, & velut mascula quadã fortitudine prompti expeditiq; ad diuinum obsequiũ existunt. Dominationes quidam dicuntur, ab omni seruili affectu, peccati scilicet liberi, rectissimeque ea omnia ordinantes, quæ ad DEI gloriam faciunt. Throni, & altæ quædam sedes non pauci dicuntur, à præcellenti illa virtute, qua ab effectibus terrenis longè remotissimi, & ad susciendos in se fulgores diuinos aptissimi sunt, & quasi sedium instar, perpetuò ad id parent, paratique etiam sunt, eandem vt virtutis præstantiam cum alijs inferioribus communicent. Cherubini item nonnulli vocantur, qui excellenti rerum diuinarum scientia sunt prediti, qua inferiores quoque illuminant.

Tandem seraphini reperiuntur Deo coniunctissimi, qui incensa charitate erga Deum sic flagrãt, vt se etiam inferiores ad ipsum amandum ardẽti studio inflamment. Deo hi omnes assistunt, eique, quemadmodum maiestatem infinitam illius decet, numero sine numero, per choros velut cohortes dispositi, obsequentissimè parent & ministrant, pro Domino exercituum bella milites bellant, pro eo legationes honorificant obeunt: Eaque omnia verò velocitate summa, obedientiaque promptissima; Vnde & ea de causa, Dionysio Areopag. authore alati pingi solent. Et hi, tanti, talesq; peccato mortali offendunt. O peccati grauitas & prauitas,

De cæl. hier. c. 15.

CAPVT XVI.

Angeli benefactores maximi peccato mortali offenduntur.

HOminẽ enim primùm, ſua quadam ratione, hoc ipſo progignũt, quòd cœleſtium orbium, vt & ſiderum motus cient, à quibus, vt Philoſophus docet, & Doctorũ ab eo opinio non abludit, Lunæ ſubiecta omnia produci generariq; ſolent. In lucẽ editũ, ex officio ſibi à Deo impoſito, *in vijs omnibus cuſtodiũt, manibuſque eum portant, ne ad lapidẽ ille pedẽ offendat*, aliudue detrimẽtum accipiat. Exẽplo ſint Loth, Iacob, Daniel in lacu leonũ &c. *Adminiſtratorij item ſpiritus ſunt in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*; Vnde & aſſiduè laborant ne quis peccato ſe aſtringat, inquè eum ſinẽ aduerſus cacodæmonis inſidias

*pſ.*9.11.
*Exo.*23.20.
*Gen.*19.17.
*Gen.*32.
*Dan.*6.
*Heb.*1.14.

nos muniunt, & ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulant, & conculcant leonem & Draconem. Quod ſi quis ijs ſe alligaſſet, ei illa exprobrant, ad ſaniorem mentem reuocant, ad meliora hortantur, aſſiduiſque ſuggeſtionibus, vt Bernardus docet, eum hac vel ſimili oratione monent: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, expecta Dominum, & cuſtodi viam eius: ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit &c.* Lapides, vt verbo dicam omnia, viuos poliunt in domus cœleſtis ædificationem. Aſſiſtũt tandem morientibus, & ne reprobentur, modis omnib, laborant, pro libertate filiorum Dei ſuſpirant, gladium de oſtio Paradiſi remouent, vt poſſint edere de ligno vitæ. Quod ſi cum pietate dormitionem acceperunt, com-

Serm. 31. in Cant.

pſ. 36. 4.

commissum sibi depositũ, communi Domino præsentant, in sancta sanctorum ducunt, vbi Deus facie ad faciem videtur, easq; suis coaptant locis, põderatis eorũ meritis. Beneficia hæc, quæ & multa sunt, & magna, & perpetua, gratam memoriam requirunt, vt & summam veneration em ac honorẽ. Sed, proh dolor, benefactores tanti à peccatoribus grauiter offenduntur. O peccati mortalis malitiã plus quàm barbaram.

Caput XVII.

Cur Angeli peccato mortali offendantur?

IDeo primùm, quòd ipsorum Dominum, coram quo *cœli columnæ contremiscunt, & pauent ad nutum eius*; & Seraphini ipsi in conspectu illius faciem, & pedes suos velant, audeat is offendere, *Iob. 26. 11.*

iniuriaque adeo & contumelia afficere, qui sterquilinium est putidissimum, teterrimorum vermium examen, putredo ipsa, stipula, palea. Eo deinde ipso, quo peccator se ipse, per peccatum lædit, læduntur & ipsi, vtpote illorum *in natura cognatus*, quemadmodum D. Bernardus loquitur. Quia rursum impius, in tenebricoso naturæ antro versans homuncio, crassa carne inuolutus, corporisque mole pressus, cum peccato, se turpiter obstringit, nullam rationem habet præsentiæ eorum, qui tantæ tamen dignitatis sunt in natura, tantæ perfectionis in gratia, & tantæ eminentiæ in gloria, Deo vtpote similes, quadam ratione, magni certè cœlorum regis aulici, ijque gratiosissimi. Ea item decaussa, quia eorum consilia & monita

Serm. de S. Mich.

nita negligit, vt & grati animi significationem, quæ tot tantisque illorum meritis ac beneficiis, custodiæ inprimis, defensionis & propugnationis meritò debetur. Illa insuper, dum enim peccatum ille admittit illos à se ablegat: Id quod his verbis D. Basilius indicat: *In Ps.* 33. *Omni credenti in Dominum Angelus assidet, si non ipsum nos per prava opera fugauerimus*; sicut enim apes fugat fumus, & columbas graueolentia pellit; sic custodem vitæ nostræ, lachrymosum & graueolens abigit peccatum. In causis offensionis & illud numerari potest, quod peccator indignum se faciat sedibus illis, quas in cœlo, benè viuendo, repleturus erat. Quia tandem fine & intentione sua illi priuantur, gaudioque

dioque adeo accidentali, quo exultarent, si eorum preces, & curæ amore pleniſſimæ, vitato peccato effectui darentur. Cuius argumento lætitia eſt, qua complentur, cum per pœnitentiam ſalutarem peccator ad gratiam reſurgit; Gaudio autem accidentali? beatitudine etiam & gloria ampliore. Quid Angeli reponẽt? victas de impio apud Deum que relas deponent, eoſq; ipſe, in die mortis ſuæ, teſtes infenſiſſimos experietur.

CAPVT XIIX.

Sancti Dei peccato mortali offenduntur.

Ioan. 1. 13. ILli, qui *non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt*, filijque adeo eius excelſi, Chriſtique ſeruatoris noſtri fratres; quique, cùm adhuc in terris verſaremur, veram puramq; fidei

dei ſupernaturalem doctrinam, nullo permiſtam errore, nulla praua opinione inquinatam, nulla falſitate fœdatam, nullis mendaciis ſordidatam habuerunt, & ſuper ædificati ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum, hoc eſt ſuper vetus & nouum teſtamentum, eorum ſententiam in verbo, authoritatem in clauibus, vitam in exemplo retinuerunt, vniuerſoque mundo, triumpho venerando prætulerunt. Illi, qui ſpe nixi, veterem hominem cum actibus ſuis mortificauerunt, fluxa & caduca bona contempſerunt, Deoque ſeipſos conſecrarunt. Qui charitatis veſte nuptiali induti, Deum, vt ſummũ bonũ ſuper omnia, ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus ſic dilexerunt, vt præ amoris vi, quid præter Deum amarent, igno-

Coloſ.3.9.

ignorarent, suitmet ipsorũ quoque extra se rapti obluiscerentur Qui virtutibus deinde Cardinalibus, ceu vestitu deaurato, circumdata varietate, sic culti ornatiq; fuerunt, ne in se naciuam Dei formam & imaginem exprimerent; prudentiâ quidẽ, dum actionibus suis eum modum posuerunt, quem vltra citraque nequit constitere rectum. Iustitia deinde, dum *quæ Cæsaris erant, Cæsari, & Deo quæ eius erant, reddiderunt.* Fortitudine, *cùm in Deo murum sunt transgressi, & docti ad prælium, fortia bella aduersus carnem, mundum, & Diabolum bellarunt,* arcumq; chalibeum brachiis suis confregerunt. Temperantiâ tandem, dum corpus, salua illius valetudine, voluntariè ideo afflixerunt, durioremque viuendi rationem tenuerunt, accuratiùs vt in perfectionis studio, vitæq; sancti-

Matth. 22. 22

Ps. 17. 30.

sanctimonia proficerent. Qui tandem dilectum tabernaculū, quod nequaquam transferri potest, domum opulentam, in qua ostenditur magnificus Dominus, diuitias affundens, & aurum quasi lapides diuidens, ciuitatem solemnitatis nostræ, in qua omnes dies festi sunt, nullus laboris, cœlestē ac sanctam Hierusalem, & cœlorum regnum quod vim patitur, gloriosè, terribili eaq; ordinata castrorum acie, muro ciuitatis perrupto, porta aperta, victoriæ palma obtenta, occuparunt, & iam terq; quaterq; beati, ciues, reges, filij Dei, coronis aureis, & diademate regio, lapidibus pretiosis, & gemmis radianti, glorioſi cum Deo sedent, eumq; de facie in faciē, clarè, sicuti est, intuentur, & cum exultatione, in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie

Esa. 33. 20. 21.

Matt. 11. 12.

requie opulenta, sine fine laudant, eoq; sempiternum perfruuntur. Sathanica ergo peccati mortiferi peruersitas est, qua sancti hi cœlites offenduntur.

Caput XIX.

Sancti benefactores magni peccato mortifero offenduntur.

In expl. orat. dom. Daniele. c. 12. 3. Greg. 9. mor. c. 6. Hom. 5. in Iob.

Cvm Cœlis enim illi, à D. Augustino, & ab aliis, sideribus cœlestibus rectè comparantur; sicut enim à motionibus & fluxionibus illorum, ita & à sanctis ingētia ad nos manant beneficia. Huius rei testē habem⁹ locupletissimum, vt & antiquissimum Originem; sic enim scribit: *Quemadmodum cœli luminaria, & sidera in firmamento à Deo collocata, cunctis quæ sub cœlo sunt, indesinenter fulgent, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tempora & generationes mirabi-*

rabiliter lumen suum communicant, alia per noctem, vt Luna & Stellæ, alia per diem, vt Solis speciosissimi radij; sic & Sanctorum virtutes, merita insignia, atq; eorum beatissimi agones, omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Ostendunt autem? authores etiam sunt suo exẽplo victricibusq; factis, multi vt pro voluptatibus acerbitates, pro diuitiis egestatem, pro gloria probra, pro vita mortem expetant; & verò magna voluntate, eximio religionis studio, summo salutis desiderio fortissimè & patientissimè pro Christo sustineant, sicq; beatitudinis coronam consequantur. His accedunt eorum quoque preces, vt certa & indubitata fides habet; adeoq; dubitandum nobis non est, quin ad maximum Asueri cõ- *Luc.16.21.*
uiuium admissi, bonisq; omnib⁹ fruen-

Luc. 16. 21. fruentes, micam saltem è mensa tam diuite, famelico interdum mittant; quin fœlices messores magni Booz, messem ingentem cum exultatione colligentes, ex industria spicas aliquot projiciant, quas pauper Cap. 2. 2 Ruth sine rubore colligat: quin fœlices exploratores terræ promissæ, in manibus botrum habentes, & omnes illius fructus, Num. 13. 33. animos nostros erigant, vt qui per fidem ambulamus, ad tantæ terræ aspectum, in via non deficientes, ad eam possidendam quoq; peruenire possimus; quin sanctæ columbæ in ligno vitæ, vbi sine timore accipitris (Diaboli) jam sedent, fluenta mundi respiciant, decurrétes aquas nostrarum miseriarum, ad gratiam; quin oues sanctæ ad dexteram collocatæ, ascendentes de lauacro huius mundi, & pascentes, in mon-

montibus Israel, in pascuis vberrimis, compatiantur ouibus, quæ Leones inter & lupos sunt, orentque pastorem bonum nos in idem cum illis ouile portet; quin sancti fratres, jam sub arbore sedentes, cuius fructus dulces gutturi eorum, de ijs ad nos aliquos mittant, illis vt confortati, ad montem Dei Oreb, in quo facie ad faciem Deum suo tempore beati videamus, peruenire possimus. O immensam peccati mortiferi abyssum. O virulentum basiliscum, quo Sancti læduntur.

Caput XX.

Quomodo Dei sanctos impius offendat?

Sanctos Dei, quos Ecclesia genuit, suisque vberibus admotos, purissimo catholicæ religionis lacte aluit, cœlesti doctrina

ctrina instruxit, ad virtutis & sanctimoniæ studium extulit; & Dominus aulæ suæ domesticos, suis meritis, æternæ salutis participes effecit, offendit primum impius, quòd Deum ac Dominum ipsorum, graui iniuria peccando afficiat. Tum quia eos ceu viros glorioſos & parentes, quemadmodum ſapiens exigit, laude vera non proſequitur, eumq; illis honorem non exhibet, quem eximia illorum facta meritiſſimò expoſtulant; vel ſi id facit, rectè non facit, immemor illius, quod grauiter aliquãdo ſcripſit S. Chryſoſtomus: *Quæ eſt iſta iuſtitia, ſanctos colere, & ſanctitatem contemnere? primus gradus eſt pietatis ſanctitatem diligere, poſtea ſanctos; quia non ſancti ante ſanctitatem fuerunt, ſed ſanctitas ante eos.* Et: *Qui ſanctorum merita religioſa charitate miratur, quicunque victo-*

Eccl. 44. 1. *in c.* 24. *Matt.*

victorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atque iustitiam imitetur, quoniam quem delectat alicuius Sancti meritum, delectare decet par circa cultum DEI obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat, aut laudare non debet, si imitari detrectat, vt qui miratur Sanctorum merita, mirabilis ipse vitæ Sanctitate reddatur. Et quando singulari deinde effusoque beneficio illi de nostra incolumitate valde sunt soliciti, proque nobis assiduè & diligenter orant, grati animi significationem meritò à nobis requirunt, quę vera synceraque in homine impio esse nequit. Indignissimè etiam ferunt peccatum mortiferum tam facilè admitti, quod, vt illi vitarent, manibus & pedibus laborarũt; quin eorum complures vitam & sanguinem quoque profuderunt.

Desiderant insuper illi, qui cum rege suo Christo, animâ, æuo sempiterno fruuntur, suorum corporum resurrectionem, quibus in terrestri exilio, gloriam cœlestis patriæ meruerunt, vi quandoquidem illis auxilio fuerunt ad meritum, participent similiter præmium. Iam resurrectio hæc institui nequit, donec numerus prædestinatorum definitus jam in mente diuina adimpletus sit; peccatum verò læthiferum obstat quo minùs impleatur jam dictus numerus, & consequenter tarditatem resurrectionis corporum inducit; peccatum igitur mortale beatos offendit, dum jucundam illis sociorum præsentiam differt. Tandem quis nescit cœlites pro charitate, qua in cœlo abundant, summopere lætari, cùm homo iustitiam & sancti-

tatem

tatem colit; dolere verò, si dolor in eos aliquis cadere posset, quando tale peccatum admittitur. Offenduntur ergo ab homine, cùm peccat.

Capvt XXI.

Lædit impius Ecclesiam in terris militantem.

ILlam, quę in præsentis mortalitatis stadio cum carnis imbecillitate, cum infirmitate sensus, cum mũdi illecebris, cum principibus & potestatibus tenebrarum harũ, adeoq; peccato, morte, & inferno, *accepta armatura Dei, succincta lumbos in veritate, induta lorica iustitiæ, calceata pedes in præparationem Euangelij pacis, sumpto scuto fidei, galea salutis, gladio spiritus, orans, obsecrans, & vigilans pro corona gloriæ decertat.* Illa, quæ vna, sancta, catholica, Apostolica, & rectè ordinata castrorum Eph. 6. 14.

acies est, cuius summus Pontifex Christi loco, summus est in terris Imperator; Tribuni militares Episcopi, Centuriones ij, quibus est animarum & pascendarũ, & ruendarum cura mandata, signiferi, & ij, qui vel tympanorũ boatu, vel ære ciêre viros Martêq; accẽdere studẽt, Ecclesiastæ sunt verbiq; diuini præcones; Quiin speculis collocati hostis aduentũ obseruant, clamoreq; suo denunciant, vel in perpetua vigilia manentes, oculos suos nunquá statione sua deijciunt, vel vt anteſignani in acie cõstituti, priùs animam amittunt, quàm de loco demigrent, vel tanquã emissarij agmen ad hostem varijs anteludiis, velitationibusq; lacessendũ præcedunt, Religiosorum sunt hominũ ordines; Qui ab acie segregati cũ hoste ad monomachiam descendunt, eumq; toto spiritu,

riru, ingentique animo aggressi, cum immortali inuicti roboris gloria prosternunt, Anachoretæ sunt; Gregarij, siue classiarij, siue stationarij, siue leuis, siue grauis armaturæ, siue hastati, siue scutati, seu equites & cataphracti, seu pedites seu cuiusuis alius aut generis, aut ordinis, Christiani catholici sunt, q̃ per amplissimũ huius orbis cãpum diffusi, cum inferorum manu copijsq;, collatis signis, totis viribꝰ depugnant; quorum omnium tessera & symbolũ character ille est, quo sunt eorũ animi insigniti, tunc, cùm Imperatori suo in baptismate nomina dederũt, eique solemni sacramento se obstrinxerunt; salutiferæ deinde crucis nota frontibus ipsorum impressa, quãdo in Confirmatione ad pugnam sunt & conflictum à cœlesti spiritu corroborati. Arma: fides, spes,

charitas, cæteræq; virtutes cum his trib⁹, necessitudinis quodam vinculo copulatæ. Enses, quibus hostẽ feriunt atq; cõuulnerant, gladius ille anceps, quod est verbum Dei. Machinæ quibus muros quatere ac subruere nitũtur, preces sunt, jeiunia, eleemosynæ, aliæq; pietatis exercitationes. Commeatus, sacrosancta Eucharistia. Sauciatorũ in prælio pharmaca, pœnitentia, & extrema vnctio. Interfectorũ cœtorumq; redintegratio, Ordo & Matrimonium. Finis, victoria. Pręmium, beatitudo. Illa rursum Ecclesia lęditur, quę *regnũ Dei, regnũ cælorũ ciuitas super montem posita, pretiosus thesaurus, Patris æterni satio siue plantatio, vinea Domini, domus spiritualis, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus aquisitionis, populus Dei ex tenebris erutus, & ad lumẽ admirabile vocatus, spiritus Sancti templum, columna, & firmamentum ve-*

Matth. 21. 4. 5. 13. 15. 20.
Act. 4.
1. *Cor.* 3.
1. *Tim.* 3.
Eph. 1.
Heb. 12.

ritatis, corpus Christi, cœlestis Hierusalem, sponsa Christi, casta purissimaque virgo appellatur. In eam impetu summo peccatum mortiferum incurrit, eamq; ludibrio & dedecore afficit. O beluam infernalem! O lætiferum Draconem! *Apoc. 21. 2. Cor. 11.*

CAPVT XXII.

Ecclesia benefactrix nostra magna ab impio offenditur.

ECclesia, quæ, iuxta D. Ambrosium, *super Apostolicam ædificata petram manet, & inconcusso aduersus impet⁹ sæuientis sali perseuerat fundamine,* & multa, & magna in nos beneficia confert; Deo siquidē nos, per Baptismum, generat, lacte suo nutrit, blando sinu fouet, liberaliter educat. Tenebris ignorātiæ discussis, in intellectu nostro fidem, *qua tanquā ab aurora lumen iustorum incipiens procedit,* & vt sapiens ait, *ad perfectam vsq; diē crescit,* hoc est, sapientiam, *lib. 7. ep. 44* *Prou. 4 18.*

non huius sæculi, nec principum huius sæculi, qui destruuntur, sed sapientiam in mysterio, quæ abscõdita est, &
1. Cor. 2. 6. *quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram, explicat.* Voluntatem virtute omni ornat, qua audiendo & faciendo supra petram ædificemus, & eos, qui audiendo tantùm, & non faciendo ædificant super arenam, toleremus. Memoriam ad recolenda semper beneficia cœlestia, verbo prædicationis excitat. Potentiæ executrici non minùs robur ad seruanda diuina, & sua mandata, quam industriam ad cœpta perficienda, & prospero cursu concludenda impetrat, ad omne opus bonum incitat, torpescentes excitat, confirmat afflictos, jacẽtes erigit, laude bonos mulcet, malos terret, & vt nihil in vlla gratia desit, vires addens, diuineq; animos afficiens, ad perpetuam

petuam quandam crucẽ & corporis exercitationẽ (mortificationẽ vocamus) hortatur; vtq; libidinibꝰ cæteriſq; voluptatum illecebris bellum indicamus, cupiditates frangamus perpetuò monet; ſicq; fructus in omni bonitate, & iuſtitia atque veritate progignit, oueſq; ex lupis, agnos ex leonibus, ex ſerpentibus columbas, ex agreſtibꝰ & in fructuoſis lignis cultas, & æternæ vitæ fructibus onuſtas arbores efficit. Et quando vita noſtra præſens militia eſt, & nobis nõ ſecundum carnẽ, ſed in virtute Dei, & potẽtia ſpiritus, ſub vexillo Chriſti, contra hoſtes pugnandum ſemper eſt, omnem armaturam fortium habens, & mille inſuper clypeos, arma nobis ſuppeditat, quibus poſſimus cornua portẽti inferorum comminuere, Satanæque conſiliis & furoribus oc-

Iob. 7. 1.

currere, de peccatis, morte, & inferno triumphum agere, & vitam tandem illam beatam consequi, quæ, secretis malis omnibus, cumulata est bonorum cõplexio. Atq; hæc tanta benefactrix ab impio offenditur. O impietas! O peruersitas peccati mortalis!

Caput XXIII.

Quo pacto Ecclesiam Dei impius offendat?

IMpius variis modis Dei Ecclesiam offendit, primò vt materna nostra est, quia legẽ eius, fide Baptismi fracta, dimittit. *Prou. 1. 9.* Secundò, vt sancta est, & in semetipsa iustificata, quia sanctitatẽ & iustitiam auersatur. Tertiò, vt interpres est consilij Dei, diuinamq; authoritatẽ proponit, explicat, &, vt ita dicam, fide pro Deo iubet, quia consilium malignantium sequitur, quod est amentissi- *Ezech. 4. & 13.*

mum

mum. Quartò, vt Christi corpus est, quia membrum eius est infirmum, putridum, stupidum, & mortuũ, adeoq; neq; cũ Christo capite, neq; cum Ecclesia corpore, neq; bonis aptè recteq; cohęrens & connexum: Quin horrẽdo spectaculo matri quadam ratione, membrum vel desecat, vel alio modo lædit & cõuulnerat. Et Prælatus quidẽ oculum, concionator os, princeps humeros, nobilis brachia, diues manus, sacerdos stomachum, pauper ventrẽ, populus crura, plebs pedes. Quintò, *vt Deum*, quemadmodũ Tertullianus loquitur, *habet Magistrũ*, quia semper discit, & nunquam ad scientiam veritatis peruenit, & si quid didicit, opere nõ exequitur. Sextò, vt à spiritu sancto regitur, quẽ ideo antiquissimus Tertullianus *villicũ Christiq; vicarium appellat*, quia carne non

Ad Scap.

2. *Tim.* 3. 7.

Lib. de præscript.

ſpiritu ducitur. Septimò vt ſpõſa Chriſti eſt, quia ei in vera & viua fide nõ deſpõſatur, veſteq; proinde nuptiali ab ea accepta caret. Octauò, vt eam Dominus noſter dilexit, & p ea ſe tradidit, ſanguinẽq; ſuũ fudit, quia illam non amat, nõ colit, vitæq; rationes ſuas eius cõformiter non inſtituit. Nonò, vt militans eſt in terris, & in mortalitatis ſtadio, pro corona decertat, quia Diabolo, mũdo, & carni militat. Decimò, vt ſalubria paſcua habet, quia Struthionis paſcua quærit. Vndecimò, *vt Dei ædificatio eſt*, iuxta D. Paulũ, *quia non ædificat ſuper fundamentũ aurũ & argentũ, ſed fœnũ & ſtipulas*, imò inordinatum amorẽ ſui, vſq; ad cõtẽptũ Dei. Ei, coronidis loco, cõmendo, quod D. Bernard⁹ ſcriptum reliquit in hanc ſententiã: *Omnino proditorem ſe eſſe nouerit, quicũq; eſt ille, qui vitia quæli-*

1. Cor. 9, 23.

1. Cor. 3. 9.

1. Cor. 3 12.

In Serm.

quælibet in hanc domũ (Eccleſiam) conatur inducere; & templum Dei ſpeluncam vult facere Dæmoniorũ. Et illud Chriſti: *Qui eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus,* in hœdis ſcilicet numerãdus, ituruſq; iter tenebricoſum, illuc, vnde negant redire quenquam. *Matt.18.*

Caput XXIIII.

Impius offendit Rempublicam Chriſtianam illiusque adminiſtratores.

DEos ſcilicet, qui mortalibus alijs, non naturâ, ſed authoritate & poteſtate auguſtâ à Deo accepta ſuperiores ſunt, vt potedij quidam terræ, qui Dei nomine & loco regunt, & quibus, ceu poteſtatibus ſublimioribus obtemperando, omnis anima ita ſubdita eſſe debet, vt qui eis reſiſtunt, Dei ordinationi reſiſtãt, ſibiq: damnationem acquirant. Eos qui modis omnibus laborant, vt ſubditi ſui ſincera fide, *Rom.13.1.*

recta conſcientia, puro & incor-
rupto animo, religionem catho-
licam, quę ſola vera eſt, agnoſcā
& colant, Deique legem & pra-
cepta ſanctiſſima vigili cura ſe-
uent, inque via iuſtitiæ & ver-
tatis ambulent. Eos qui fidei ca-
tholicę, ceu fidi aſſertores & vin-
dices religionis libertatē indul-
gentia quadam non permittam
ſed acerrimè, cùm opus eſt, fien
que commodè poteſt, eos caſti-
gant omnes, quotquot vel ve-
neno doctrinæ fidei veritatem
aſpergere, vel miſcere & turba-
re omnia conantur, religioni
enim incolumitate Reipubli-
cæ ſalus nititur. Eos qui ſubdi-
torum atque ſibi obtemperan-
tium animos ciuili ſocietate cō-
iungunt, otiumque & pacem
inter eos, vt & concordiam re-
tinent, & legibus ſanctis, paci
belliq; negotia moderātur, ege-
no

nos & calamitosos defendunt, &c. Eos qui iustitiã colunt, publicumque & commune bonum procurant & cõseruant, patriam protegunt, omnique metu liberant, suum cuiq; ex æquo tribuunt, in præmiorum, honorum, dignitatum, ac publicorum magistratuũ æqua partitione; in iusta item pœnarum ab improbis & nefarijs hominib. exactione, & inter litigãtes disceptantesq; iuris æquitate. Quos deniq; qui virtutibus alijs ornati, veluti sol lumine & motu mundo, ita ipsi suis vitam & salutem impertiuntur; vel sicut imago & similitudo quædam diuinum numen in terris repræsentant, Deumque in regendo gubernandoque imitatione exprimunt, vt vitam Reipublicę concilient, & salutẽ sempiternã. Iam tanti tamque benefici Reipublicæ

mo-

moderatores peccato mortali adeoque impio offenduntur. O monstrum immensum horrore & deformitate omnia alia vincens! O indomita fera, quis aut vitam tibi adimat, aut ferocitatem tuam coerceat!

Caput XXV.

In quo peccator Reipublicæ Christianæ moderatores offendat?

INeo, quia illis, vt & legibus, quas in conscientia quoq; obligantes condere possunt, quemadmodum debet, nõ subijcitur, Deiq; adeo ordinationi resistit; licet enim pacem & tranquillitatem externã Reipublicę Christianæ, quam rectores illius curant, non perturbet fortè, pietatem tamen omnem, quam ex diuina lege ijdem quoq; spectant, & ob oculos perpetuô positam habent, negligit. Lex illa his verbis

Rom. 13.1.

verbis D. Pauli continetur: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate; hoc enim bonum est, & acceptum coram seruatore nostro Deo.* Quid quod ille pietatem Deique legem & præcepta sanctissima vigili cura seruare ipse, & vt subditi quoque sui accuratè illa seruent, modis omnibus laborare debet: Id quod impius in postremis habet. Obsecratio item, oratio, postulatio, gratiarum actio, pro Reipublicę administratoribus à D. Paulo imperata, â peccatore prætermittitur; quin neque rectè vtiliterque ab eo suscipi potest; eos ergo offendit, legiq; D. Pauli aduersatur. Præterea peccata, quæ homo

1. *Tim.* 2, 1.

homo impius admittit, in Re
publicæ moderatores influere
liquando, exemplo, possunt,
solēt, eos ergo lædit & offend
Rursum, qui Deo non paret,
impius non paret, fieri fac
potest, vt neque Rectori com
munitatis obtemperet, cu
obedientiæ Deo debitæ pars
quædam gubernatoribus pra
stita obedientia, sicq; sceleribu
suis Reipublicæ otium & tra
quillitatem peruertat: quô m
ritò superior offenditur; sicu
& eo, quod impius sibi aditu
præcludit ad laudem & hon
res, quos ex officio aliâs dign
tribuere solet; id quod non ex
guum etiam dolorem & mol
stiam ei afferre consueuit.
tandem, si nihil horum supp
teret, vel eo superiorem Re
publicæ Christianę peccator o
fendit, quod Deum ille, à quo

cu

cum potestas administrandi Rē-publicam diuini amoris insigni nota manauit, grauiter offēdere soleat; Ingratissimi aliâs, & inter Elephantes scribendi, de quibus increbuit, genua habere ad curuaturam enodia, & ad flexum vitio naturæ inepta. Beneficia tandem, quæ Reipublicæ moderatores in peccatorem conferunt, ne peccet, mouent quoq;, ingratitudinis aliâs nota, cādenti lamina per frontem vstulandum, vt dediscant alij eam, in stigmatia probrum, in probro infamiam spectantes.

Caput XXVI.

Proximus mortali peccato offenditur.

HOmo nudus & inops ex vtero, quasi ex naufragio in littus eiectus, reb. omnib. ad tuendam vitā necessarijs sic destitutus

tutus est, vt si aliena ope & præsidio careat, necessariò illi peundũ sit. Ratio, qua sola ad se tuendũ reliquis animantib. multò est instructior, data illi quidem est sed eius vsus initio negatus est. Habet & manus, quibus necessaria vitæ cõparare possit, quia tamen tempus benè longum ad id requirunt, interire illum priùs necesse est, quàm sibi vt vnus ad omnia sufficere possit. Esto verò firmioribus solicitam eam ille non imponat curam, à ferarum tamen hostiumq; aliorum incursu, se, sine ope alterius, tueri satis non potest: *Solitariæ manus*, ait Euripides, *inualidæ sunt manus*. Ac licet periculum ille hoc quoq; per se declinare posset, contra inclinationem tamen naturæ, dono loquendi, & distinctè audiendi, à natura collato, non vteretur, quandoquidem

dem nemo esset, quo cum verba misceret, quemq; loquẽtem audiret. Ac cùm homo rudis etiã, tabulæque rasæ instar, vt Aristoles loquitur, in lucem edatur,& artes doctrinâ magis, quàm experientiâ comparentur, perpetuo, vel longo tempore, miser & infelix, sapientia destitutus foret. Iustitiæ insuper, cæterarumq; virtutũ, quarum studio tenetur, nullus absq; socio vsus esse potest. Vsus autem? neq; cognitio vera; deest enim experientia & occasio, quasi lydius lapis seipsũ tentandi atque explorandi: Quare fieri potest vt ipse putet aliqua se virtute potiri, à qua tamen quam longissimè absit. Sola meditatione atque speculatione ad virtutẽ nemo peruenit. Nullus etiam illarum vel exiguus est vsus; non charitatis in aliũ, quia ab illo seiunctus est;

non

non obedientiæ, nemo cùm sit, cui obtemperet; non mansuetudinis, quòd nemo quoque sit, qui ei iniuriam afferat; non beneficentiæ; nemo enim, vt ponimus, ad est, qui eius ope indigeat; non humilitatis, si quidem neminem habet, cui se demisso subijciat, &c. *Quod si quis dicat,* ait S. Basilius, *ad componendas animi sui affectiones, moresque rectè instituendos sufficere sibi diuinarum literarum doctrinam, is similiter facit, vt si quis disceret ædificare, neque vnquam tamen ædificaret, & æs cuderet, & quæ didicisset, ea in actum nunquã deduceret? &c.* Idem ferè de vitijs quoq; dici potest, quibus cùm desit materia, neque cognosci an insint, neq; extirpari eradicarique possunt cùm adsunt. In pugna tandem, quæ nobis cum hostibus perpetua est, socij auxilio opus habet, à quo

Reg. 7. fusè disp.

doctrina

doctrina instrui, cohortatione adiuuari, solatio erigi, auxilio defendi, feruore inflammari, oratione fulciri, virtute sustentari, zelo etiam argui, exemploque ad omne virtutis studium incitari possit. Iam cùm tot tantaque homini beneficia proximus conferat, mirum & intolerabile prorsus est, peccato mortali eum offendi. O serpens venenatissime, authorem etiam ipsum, cùm proximus tibi quisque sit, inficiens atque interficiens.

Caput XXVII.

Quomodo peccator proximũ suum offendat?

DOmini præceptum est, vt quiuis proxmum suũ, hoc est, omnem hominẽ diligat. Id cõtinetur his verbis: *Diliges proximũ tuum sicut teipsum.* Et his alijs *Matt.22. 39.*

D. Io-

1.4.c.21. D. Ioannis: *Hoc habemus mandat à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum*, adeoq; proximum ſuum. Diligat autem eum, vt D

22.q.25. ar.2. Thomas explicat, vt in Deo ſit & vt cum Deo regnare poſſit Diligat item eum *non verbo tan tùm, & lingua*, quemadmodum

1.3.c.18. D. Ioannes docet, *ſed opere & ve ritate*, vt qui rationis ductum n ſequitur, homoq; adeo non eſt rationis vſum cõquirat, homo que ex bruto fiat, & qui in ſor dibus peccatorum eſt, non ſor deſcat adhuc, ſed emundetur ab

In hom. de S. Philog. illis. Audi S. Chryſoſtomum *Non eſt aliares*, inquit, *quæ perind declaret doceatque quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quàm ſi fratrũ curam agat, proque illorum ſalute gerat ſolicitudinem*. Id quod fecerunt ſanctiDei, quorum exempla, quia doctis & indoctis nota ſunt, e numerare neceſſe non eſt. Iam

ſalu-

salutem proximi sui promouet ne peccator? remouet, exemplis scilicet pessimis suis, quæ, ceu penetrabilia tela, ad seducendum vim maximam habent; siue quòd eô minus iam malum videri incipit, quô vel vnius, vel plurium illi similium vsu iam vulgatius, & quasi familiarius fit; siue quòd hæc sit hominum natura, vt sui similes homines libenter & facilè sequantur. Quæcunque causa sit, certè hoc constat, nullum ferè esse acriorem stimulum ad peccandum, quàm prauum exemplum. Quod à sapiente hac similitudine indicatum est: *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicauerit superbo induet superbiam.* Exemplum dedit prauum Lucifer (tenebrifer) & momento temporis tertia illorum pars rebellare Deo *Eccli* 13. 11.

est ausa. Iudæi Ægyptiorum quibus cum vixerant, ritus & sacrificia, sic impressa sibi animo habebant, vt Deus ad cauendam impietatis & superstitionis imitationem, sacrificia alia & ritus alios instituere voluerit: nimirum vt occupatione ea distenti, exemplis, quæ in Ægypto viderant, cogitandis, vacare non possent. Exemplum malorum naufragijs fœdissimis infame est. Itaque rectè D. Hieronymus: *Procliuis est malorum imitatio, & quorum virtutes assequi nequeas, citò imiteris vitia.* Prauis igitur suis exemplis peccator proximum suum, quem diligere iuuareque in bono debebat, peruertit. Væ illi, vt & ei per quem scandalum venit, Diabolo flagitiosioribus, & Mezentio crudelioribus.

Ep. ad Sal.

CA-

CAPVT XXVIII.

Quomodo peccator seipsum offendat?

QVod peccatum mortale hominem ipsum, qui eo se astringit, lædat & offendat, ratio ipsius demonstrat, & accidentaria eius differentia, qua, iuxta D. Thomam, vnum peculiariter & propriè Deum, proximũ aliud, & peccantem nonnullum lædere offendereque dicitur. Et corpus quidem auctoris lędit & offendit, quia illud multis ac varijs modis debilitat, vulnerat, morteque tandem conficit, vt experientia ipsa quotidiana nimium quàm vere, proh dolor, demonstrat. Animæ deinde ratione, ideo quoq; peccatũ mortiferum auctorẽ lædit & offendit, quia syndereſi eius aduersatur, vt & rationi, seu legi & cõsci-

1.2.q.72. ar.2.

entiæ, tollitque adeo peccatũ
hoc illa omnia, quæ, diuino &
immortali beneficio, eum indu
cunt, & propemodum cogun
ad complectendum bonũ, vir
tutemque sectandam, hoc ipso
quo non obstantib⁹ illis, hom
peccato mortifero se alligat; sic
que ad similitudinẽ Dei cond
tus, iumentis similis efficitur
quandoquidẽ vt illa, sensum so
lum & carnẽ sequitur, illorum q
seruuseuadit, iuxta illud D. Pet
2.c.2.19. *A quo quis superatus est, huius*
cap.8.34. *seruus est.* Et illud D. Ioannis: q
facit peccatũ, seruus est peccati. Qu
iam quæso seruitus hac grauio
& acerbior esse potest? sanguin
Christi redemptus est, & iurati
simi hostis mancipium efficitu
O peccatũ cane peius & angu
fugiendum. Atq; hæc de libr
primo, eoq; adeo qui pec-
cato offendi-
tur. D

DE INFINITA GRAVITATE PECCATI MORTALIS.

LIBER SECVNDVS.

Graue est peccatum mortale, si ad eum, qui se illo astringit, attendatur.

CAPVT I.

Homo ex omni æternitate nihil fuit.

SVperiore libro, quod diuina gratia potuimus, de eo disseruimus, qui peccato mortali offenditur, indeq; grauitatem & prauitatem illius euicimus infinitã, sequitur vt de eo quoque, ex ordine supra à nobis præscripto,

agamus, qui mortale peccatum admittit, eumque offendit; faciet, id quoq; non vulgariter ad cognoscendam immensam peccati mortiferi malitiam & peruersitatem; is enim est homo infinitè vilis, ignobilis, miser, & contemptibilis. Et quidē primò ex omni æternitate nihil. Nihil nihil omnino, in-se, minus musca, culite, atomo, minus minutissimo puluere. quid? magis nihil, vt minus adhuc fuerit, quàm figmētum ac somniū. Vnde ergo homo? *Ex regione*, ait Cyrillus, *In Ioan.* *quæ nihil appellatur, regione paupere, deserta, ignobili, inculta, sterili, misera, rebus omnibus egente, in qua neq; animal vllū, neq; arbor, neq; seges, neq; herba vlla nascitur.* Quis eius pater? nihil; quę mater? nihil, Quis auus, proauus, atauus &c. nihil. Et hoc nihil offendit Deum, qui ex se est, & suum esse infinitum

O pe-

O pectus ferreũ hominis impij? Quam diu verò nihil omnino fuit? æternitate tota. Quod si peccator apud animũ suum seriò cogitaret, multum de stulto suo spiritu remitteret, qui in peccato elucet, effunderet penitus, seq; sub potẽti manu Dei humiliaret, humiliaret autẽ? in nihilũ seredigeret. Cùm aliquẽ pudore afficere volumus hęc, vel alia de genere eodẽ ei obijcere solem⁹: Cogita quis fueris aliquãdo, qui tuimaiores fuerint &c. rustici nimirũ, mendici. Iam homo aliquando, partibus infinitis, rustico, mẽdico minor fuit, imo nullus fuit. Cùm rursum alium cõfũdere volumus, his vel similib. verbis vti solemus: Tu in omni vita tua mendicus, miser &c. fuisti. Quanta tum perturbatio sequitur? Iam homo qui peccat, æternùm nihil fuit. Æternũ porrò

nihil fuisse, tantum malum est, vt ex recta ratione malle quis debeat, per omniũ sæculorum æternitatem, quosuis cruciatus pati, quàm in nihil, post esse redigi, quia dum miseri imus etiã esset, aliquid esset, quod bonũ esset; nihil verò esse, malum esset, bonum omne, vt & esse excludens; modò talis ex peccato non esset Deo infensus, quod absolutè fieri posset; respectu verò ad culpam habito, melius foret natum non fuisse, vel absolutè non esse, quàm æternum miserè esse.

Caput II.

Homo ex nihilo æterno non potuit ex se emergere.

IN nihilo, æternâ duratione, demersus ita homo fuit, vt ex illo, per se non potuerit vnquam emergere, sibiq; adeo esse dare;

dare; ad id enim, vt sui videlicet causſa exisſteret seque produceret, esſe priùs habere debuisſet: id quod potentia nulla fieri potest, simul enim fuisſet, & nõ fuisſet; quod contradictionem inuoluit. Atque hic gradus nihili, seu nihileitatis, vt sic loquar, magnus maluſque valde est, meritòq; hominem impium, si tamen vigilat, mentisque suæ est, dejcere, & à peccato mortali absterrere deberet. Graue quidem est coram mundo nihil aliquando fuisſe, illud tamen solatij plenum est, sua posſe virtute, labore, & induſtria id efficere, aliquid vt aliquando ex se, proprioque marte exisſtat. Miserum ergo nihil fuit homo, & tamen huius immemor, contra Deum, cuiusq; celsſitudines & excellẽtiæ sunt abs; numero infinitæ, & absque mensura im-

mensæ, absque pondere graues, & plenæ maiestate, insurgit. O cor induratum peccatoris! O rupes! Alio igitur opus habuit, Deo nimirum opt. Max. cuius beneficio immortali ex nihilo emersit. *Peto nate*, ait illa, *vt adspicias ad cœlum, & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit ea Deus, & hominũ genus &c. Hæccine reddis Domino populo stulte & insipiens? Nunquid non ipse est Pater tuus, qui fecit te, & creauit te?* Si autem emersit homo ex nihilo à Deo vt solus ille eum sic ex nihilo educere potuerit; *condere enim & creare solius Dei est*, ait Athanasius. Asserit idem D. Augustinus cùm sic scribit: *Creare naturam, & hominem maximè, tam nullus Angelus potest, quàm non seipsum.*

2. Mach. 7. 28.

Deut. 36. 6.

Ser. 3. con. Arrianos.

Solius Dei est hoc opus.

CA-

CAPVT III.

Vt homo ex nihilo extraheretur, infinita Dei virtute opus fuit.

INfinita enim inter aliquid, & nihil est distantia, infinitam proinde virtutem requirens vt percurratur. Ostendit id rursum quam magnum sit hominis nihil; quod enim facile factu est, promptèq; in actum deducitur, deesse plus habet; contrà, quod difficillimè fit, imo quod infinitam perfectionem exigit, vt fiat, infinitum nõ esse, nihilq; innuit. Accedit, cùm Deº hominem ex nihilo, virtute sua infinita creando eduxit, misericordiâ & liberalitate infinita permotus fecit, eique adeo liberè, non necessariò, vel coactè ei vt esset dedit. In æternitate ille quidẽ sua necessariò p cognitionẽ Filio se

totamq; ſuam diuinitatẽ communicauit, extra ſe verò, neque neceſſariò, neq; coactè aut violenter, vt dictum eſt, ſed ſola ſua bonitate, liberaque voluntate, vel homini, vel alijs rebus ſe cõmunicauit, non proprium, ſed alienum emolumentum cõmodumq; quærẽs; nihil enim boni ea cõmunicatione illi accedit, vt regi⁹ vates cognouit, cùm in hęc verba prorupit: *Deus meꝰ es tu quoniam bonorũ meorum nõ eges.* In hęc itẽ: *Quid eſt homo, quód memor es eiꝰ, aut filius hominis, quia reputas eũ?* Ad hoc idẽ inſtitutũ D. Aug. ſic ſcribit: *Quis ego ſum Deus meus vt laudem te? ſum puluis & cinis, canis mortuus & fœtidus, vermis & putredo, quomodo ergo tenebræ laudabũt lucẽ, mors vitã, vermis infinitum ſuũ creatorem? Quomodo eum poſſum offendere, ſi laudare vix debeo? In omnib. gratiæ agantur ſuper inenarrabili dono eius.*

Pſ. 15. 2.

Pſ. 8. 5.

In ſolil. c. 10.

Pla-

Planum igitur ex dictis est miserũ hominis esse nihil; miserum siquidem est nihil esse, sic tamen nihil esse, vt quis debeat illud dare, aliquid de grauitate, detrahit; nihil autem eatenus esse, vt ex gratia tantum alterius ex nihilo extrahatur, miserum illud nihil esse conuincitur. Filio regis graue est, non esse regem, cùm autem cogitat iure sibi regnum deberi, regnaturum etiam aliquando, se solatur; non sic rusticus, vel mendicus, quibus si regnum obueniret, gratiæ liberalitatiq; acceptum ferre deberent. Audet ne iam tenebrio Deum peccatò oppugnare, qui lucem habitat inaccessibilem? Audet ne is eũm offendere, qui suum esse est, & à quo ipse, quod est, ex gratia est? 1. *Tim.* 6. 16.

Caput IIII.

Deus potest hominem à se gratuitò conditum, in nihilum, cum vult, redigere.

DEus, qua libertate voluntatis, & immensitate potestatis suæ, hominem ex nihilo condidit, eadem potest illum, in nihilum quoque redigere; *Solus enim*, vt Apostolus ait, *immortalitatem habet*, hoc est, solus naturâ suâ habet, mori non posse, aut desinere esse, sicut & solus quoque à se ipso habet esse; cætera verò omnia, adeoq; homo ipse quoque, quia ex seipsis esse non habent, *vanitati subiecta sunt*, secundùm D. Paulum, *& sicut vestimentum*, vt Psalmista loquitur, *vetera scunt*, possuntq; non esse, nisi is, qui ea beneficio immortali fecit, conseruare quoq; dignetur, non minus quam lux aëris

1. Tim. 6. 16.

Rom. 8. 20.

Ps. 101. 27.

aëris illuminati à sole pendet vt conseruetur. Accedit in huius rei confirmationem eiusdem vatis vox profectò luculenta : *Si Deus auerteret faciẽ suam, omnes turbarentur, & si auferret spiritum eorum deficerent, & in puluerem reuerterentur; imò in nihilum. Ecce sicut lutum in manu figuli, ita nos in manu Domini*, ait Hieremias ; Figulus autem, vas, quod fecit, frangere potest, ergo & hominem Deus, quem fecit, non conseruando scilicet eum, aut portando verbo virtutis suæ. Eius nutu pendent omnia, vt verbis his Iudas Machabæus ostendit : *Nos in omnipotenti Domino, qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus*, sed libet de re eadẽ Hieremiã quoq; audire: *Corripe me*, inquit, *Domine, verũtamẽ in iudicio,*

Ps. 103. 29.

Cap. 18. 6.

Heb. 1. 3.

2. Mach. 8. 18.

Cap. 10. 24.

&

Act. 17. 28. *& non in furore tuo, ne fortè ad nihilum me redigas. In eo viuimus, mouemur, & sumus.* ait D. Paulus. Verbo: Vt Deus solus est, qui est; ita homo est, qui non est; & vt solus ille non potest desinere esse, sic hic in nihilum redigi potest. Iam quomodo Deum ille offendere possit non video; si quispiam in turri excelsa staret, aliumque ille, tenui pendentem filo, ne caderet, teneret, auderet ne talis se tenentem offendere, conuitiari? Tu, ô peccator miserrime, à voluntate diuina, ne in nihilum cadas, teneris, qua fronte eius majestatem audes offendere, & ad iram prouocare? O homo non homo.

Caput V.

Homo, eximijs licet bonis ornatus, cum Deo tamen comparatus, miser & nullus est.

Orbis

ORbis vniuersus, vt beatas ille mentes, homines, cæteraſque ſimul creaturas omnes complexu ſuo continet, Dei cõparatione, *momentum ſtateræ ſunt,* hoc eſt, tenuiſſimus puluis ſtateræ lancibus adhærens, nihilque ponderis addens; *& tanquam gutta roris ante lucani, quæ deſcendit in terram. Omnes etiam gentes, quaſi ſtillæ ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, ecce inſulæ quaſi puluis exiguus: & omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo* (Deo) *& quaſi nihilũ, & inane reputatæ ſunt ei.* Iam quid erit homo, ſi cum Deo conferatur? comparatus cum cœtu hominum ſolo, homulus eſt, cum Angelis beatiſq; omnibus, accarus eſt, cum cæteris creaturis omnibus teredo eſt; cum Deo, vt Societatis noſtræ parens B. Ignatius dicere ſolitus eſt, *vlcus eſt, & apoſtema, ex quo tanta ſa-*

Sap. 11. 23.

Eſa. 40 15.

In Exerc. ſpirit.

ta sanies peccatorum, tantaque vitiorum lues defluit; vel, si mauis, pro-

Ps. 38. 6. pe nihil. Id Psaltes regius agnouit, cùm candidè dixit: *mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum est ante te*; substantiam vocat totum esse suum, animam, corpus, eorumq; vires & potentias omnes. Mundi liberator ac vindex Christus aliquando dixit: *Nemo bonus nisi*

Luc. 18, 19. *solus Deus*: infero ego: nemo est nisi solus Deus; ens siquidem & bonum, vt Scholæ loquuntur, conuertuntur. Minùs ferè Apo-

Phil. 3. 8. stolus, *cùm creatum omne detrimentum existimat & stercora*. Quocirca

Ps. 8. 5. Dauid hæc apud se considerans, in hæc verba prorumpit: *Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum?* Et

c. 7. 17. ante eum Iob: *Quid est quod magnificas eum* (hominem) *aut quid apponis ergo eum cor tuum?* Et tamen

men Deum audet homo flagitiosus offendere, contemnere, abijcere, ô scelus. Quis Caucasus eum genuit? Quæ lupa eum nutriuit? quæ eum Tygris educauit? In nihilum se redigat, obsecro, & in fauilla ac cinere pœnitentiam, per omnẽ vitam, agat, amoremq; ab æterno se amantẽ amet; & amicum antiquum non derelinquat; nouus enim non erit similis illi. *Eccl. 9. 14.*

CAPVT VI.

Animæ ratione homo miser & infelix est.

QVàm miser & infelix homo existat, generatim hactenus vidimus, eum in specie, tanquam Sileuum quempiam Alcibiadis, vt est in prouerbio, introspicere animus est. Et hoc quidem capite, quatenus is anima constat, quæ licet in se rationalis

tionalis sit, è cœlo hausta: mentis atque consilij particeps, ad imaginem & similitudinem Dei facta, & gratiæ, ac gloriæ in cœlis capax, initio tamen conditionis suæ, vtpote Adæ filia, peccato originali obnoxia, gratia & vita supernaturali destituta, & homo, eius ratione, iræ & perditioni subiectus fuit. Gratiam deinde illa quidem postea à Deo accepit, sed gratuitò & liberaliter; eamque denuo, quæ summa miseria & infelicitas est, amittere potest, & verò eam quoque aliquando amittit. Trium deinde potentiarum ac virium, ceu membrorum suorum ratione, factionibus variis misera, perturbata, & propemodum euersa est, concinnaque & debita symmetria caret. Virtutum insuper, quæ animæ potentiarumq; eius, quadam ratione partes, perfectiones certè

certè sunt, vel nullum, vel exiguum in homine studium apparet. Imago deinde Dei in illa deformata, & similitudo valde dissimilis facta est. Potētia executrix labefactata, vt & sensus illius famuli; appetitionesq;, quæ illos consequuntur, effrænes planè sunt, frænumque eius mordent. Corpus ad seruiendum factum, animæ, proh dolor, dominatur, & cum Apeme Rhapsacis Themasini filia, Darij verò Persarum regis concubina, ad dexteram assidet, de capite eius diadema aufert, & malam sinistra manu ferit. Quo quid turpius ac detestabilius? De his omnibus sigillatim ideo agemus, vt liquidò appareat quàm miser & infelix sit homo, quamq; graue & enorme sit peccatum mortiferum, quo Deus & turpiter, & flagitiosè ab illo offenditur.

CAPVT

CAPVT VII.

Ignobilis homo est & miser, quâ intellectu constat.

ELus enim vsu, initiò conditionis suæ, septennio circiter caruit, tenebris obsessus, caroq; adeo senior fuit, vtpote quę simul cum homine & nascitur, & vires explicat, quod intelligẽtiæ nõ datur. Vnde & bestiis ipsis hac in re homo miserabilior est, vt D. Augustinus notauit, hunc in modũ scribens: *Pulli etiam minutissimi & currũt, & matres agnoscũt; nec sugendis vberibus cura & ope admouẽtur aliena, sed ea ipsi in maternis corporib⁹ loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Cõtra homine nato, et nisi ope nutriẽtis admotis labris papillæ vberis ingerantur, nec vbi sint sentiũt, & juxta se jacentibus mammis magis possunt esuriẽtes flere quàm sugere.* Cũ eum deinde vsum attingere incipit, & ad artes, vel rerum naturalium

Lib. 1. de pec. mor. & remiss. c. 38.

lium scientias se conuertit, præter sciendi desiderium, sibi à natura inditum, vix aliquid, quo iuuetur, ex se habet; reperit etiam tantam ea in re difficultatem, vt ignorare, quàm discendi laborẽ sustinere velit. Id D. Aug. his verbis testatur: *Sine labore nihil scimus, discimus cum labore, & plerique sic discendi laborem fugiunt, vt malint in perpetuis ignorantiæ tenebris versari, quã laborem subire ad discendum necessarium.* Cùm cum tamen præsciendi desiderio, deuorare connititur, ope aliena, labore, sudore, experientia, & tempore benè longo opus habet, vt tenebras, quibus immersus est discutiat, scientiâ aquisita. Cui tamen errores & falsitates, multæ misceri solent, recte vt dicere possit. *Didici scientiam, didici & errorem*; vel illud etiam cum Socrate: *Hoc vnũ scio, quod nihil scio,* prop-

Lib. 22. Ciuit. c. 2

propter eam etiam rationem, quod maxima pars eorum, quæ scit, minima eorum est, quæ nescit; Vnde illud natum videtur:
Eccl. 1. 18. *qui addit scientiam, & laborem addit.* Sæpe etiam peruersa, vel minus necessaria certè cognitio est, quæ magno labore paritur. Vtilissima & summè necessaria est Dei cognitio, cui cultus, honor, & amor debetur; finis deinde hominis, in cuius consecutione felicitas consistit; mediorum item earúmque rerum, per quas ad beatam vitam peruenire potest & debet; sui tandem notitia & delictorum suorum. Sed videt homo,
Matth. 7. 3 festucam in oculo fratris sui, & trabem in oculo suo non videt; manticæque quod in tergo est; sicq; cum in honore esse posset, non intelligit, comparaturque iumentis insipientibus, illisque
Ps. 48. 13. similis fit. *Videt sapitq; terrena*, vt

D. Pau-

D. Paulus ait, præcipitique cursu ad ea fertur, quæ ei exitium afferunt & pernitiem. Quæ omnia hominis impij & vilitatem & ignobilitatem, quatenus ratione & intelligentia præditus est, demonstrant; pessimam item voluntatem, rationis ingenio adiutam, qua is Deum infami perfidia, & atroci iniuria inuadere audet. *Erubesce Sidon, ait mare.* Apage insane peccator, serpens Lybice desine insanire, Deumque offendere. *Phil.* 3. 19.

Caput VIII.

Peccator spectata sua voluntate, miser est.

VOluntas, per lapsum primi parentis, *graue malitiæ vulnus accepit*, vt D. Thomas loquitur, quo, suo quasi momento, ad malum, sub specie boni, iudiciũ sensus, non rationis, quod debebat, 1. 2. q. 85. ar. 3.

sequens, inclinatur. Ad illud
tem inclinatur? fertur, idq; m
gno impetu, vt furens vnda t
rentis, quæ omnia vel deuolu
vel euertit. In eo aliquo mo
deinde delectatur, delectatio
eam consensus excipit, vteru
gestare incipit, fœtum partu
opere parit, cõsuetudine nutr
habitu format, se deformat; cu
enim fœdissimus sit & fœtidis
mus, fœdam quoque & fœtid
reddit voluntatem. *Facti si*
enim, vt Propheta ait, *abomi*
biles, velut ea quæ dilexerunt. Li
autem bonum aliquando v
luntas complectatur, magis
men, maioreque ardore ac f
dio curat & procurat bonu
corporis, quàm animi; cùm h
tardè & difficulter, sæpeque fi
effectu, facit. *Vult, & non vult*
ger; velle illi adiacet, sed perficere n
inuenit; non quod vult bonum h

Os. 9. 10.

Prou. 13. 4.
Rom. 7. 15.

ag

agit, Sed quod odit malum illud facit. Ægrè item vitijs repugnat, difficulter virtutes exercet. In rebus eligendis & gerendis sæpissimè errat. Ad Deum authorem suum colendum & amandum tardissima est. Ex sui amore omnia bona ad se trahit, *iniquitatem quasi aquam bibit*; Eiusque causa sola est, dominium videlicet supremum, medium, infimum in seipsam & actus suos omnes habens. An peruersitas hæc voluntatis hominem miserum, miserabilem, cœcum, nudum, & pauperem non efficit? An in Cyclopibus eum rectè non numerat, quòd audeat in Deum infinitæ maiestatis inuehi? *Iob 15. 16.*

CAPVT IX.

Homo, quatenus memoria præditus est miser & miserabilis est.

FIda enim intellectus custo
nō est, tam circa res eas, qua
cognitione hauſtæ ſunt, quàm
quæ ad Deum, eiuſq; cultū, & be
neficia collata pertinent; horum
enim omniū, beneficiorū maxi
mè obliuiſci ſolet, vel naturali
vel voluntaria quadam negli
gentia, ne gratus eſſe teneatur.
Eſto verò eorum non obliuiſca
tur, vel impudenter negat, vel
ſtutè diſſimulat accepta benefi
cia, aut ſaltem nullum ei munus
repēdit neq; manu, neq; lingua
neque mente, quas tres remune
randi ſpecies Philoſophus enu
merat. Rurſum beneficia acce
pta in ſua puritate eſſe non ſini
ſed illa variis modis corrūpit &
inficit, vt vel ſic ipſa beneficia

Ariſt. 5. Ethic. c. 8.

aſper

aspernetur. Tandem benefactorem Deum crudeliter persequitur, ac loco gratiarum bellando arma ei infert, vt cum eius donis cum iniuria abutitur, vt honore ad superbiam, fama ad vanam gloriam, diuitiisque ad iustitiam, fortitudine ad præsumptionem, potentia ad oppressionem, ingenio ad irrisionem, sapientia ad fraudem, virtute ad ostentationem, opibus ad fastum, pulchritudine ad lasciuiam, quemadmodum ait Mazarinus noster. Malum porrò magnum est diuinorum non recordari beneficiorum: Hinc suos olim monuit Moyses his verbis ad grati animi significationem: *Caue diligenter ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis.* Et: *recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires præbuerit tibi, vt im-*

Cõcio. 108. *in ps.* 50.

Deut. 6. 13. *et* 8. 17.

pleret pactum suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies; sin autem oblitus Domini Dei tui sequutus fueris Deos alienos, coluerisq; illos & adoraueris, ecce nunc prædico tibi, quod omnino dispereas. Merito homo ingratus timere debet, ne & Deus illius obliuiscatur, lamétarique olim cogatur cum Dauide: *quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus, dum confringuntur ossa mea, &c.* Memoria etiam sui exigua est in ijs, quæ pertinent ad animi sui cultum, corporis autem curandi memoriam nunquam deponit, quam etiam apud alios vult vigere semper, immemor eius, instabilē illam esse, alatam adeoq; mutabilem pingi, & perforato vasi filiorū Danai infundi. Quæsitum olim fuit: quid primò in homine veteraſceret? respondit Seneca memoriam;

Ps. 10. 41.

In præf. declam.

Sime-

Simonides interrogatus, quid primò in memoria deleretur, beneficium respondit: quid itē tardiùs senescceret, difficiliusuē èmemoria tolleretur? iniuriam esse dixit. Hæc omnia, quàm miser & ignobilis homo existat, luculenter ostendunt, vt & grauitatem peccati mortalis, quo homo ingratus, *Diaboli miraculū* (vt eum Gulielmus Parisiensis appellat) *obliuiosaq; moles*, Deum oppugnare audet. Virulentum omnino est peccatum, & execrandum vas, quod ad instar calicis Pandoræ omnigena mala effundit. *Lib. de Rhet. diuin. no c. 4.*

CAPVT X.

Qua parte homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus infelix est.

HOmo imago Dei est, per naturam, &, per gratiam eidem similis. *Sicut enim*, ait D. Bernardus, *Deus vbiq; totus est, omnia viuificans, omnia mouens, omnia gubernans; ita homo in corpore suo, animæ ratione, vbique totus est, illud viuificans, mouens & gubernans. Et sicut Deus est, viuit, & sapit; ita homo secundùm modum suum est, viuit, & sapit. Et sicut in Deo sunt tres personæ, Pater, Filius, & spiritus sanctus; sic & homo habet tres vires, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex vtroque procedit spiritus sanctus, ita & ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est spiritus Sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus Deus, & tres personæ; ita anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tres tamen animæ, sed vna*

De inter. domo. c. 67

Hæc Bernardus. In Hexam. l. 6. c. 7. To. 4.

anima

anima, & tres vires, Deformata tamen & obscurata est; *depo-* *Ps. 72. 20.*
suit enim, juxta Ambrosium, *imaginẽ cœlestis, & assumpsit terrestris effigiẽ, quæ intrare ciuitatẽ Dei non potest, quia scriptum est: Domine in ciuitate tua imaginẽ eorũ ad nihilũ rediges; obscurauit item*, quemadmodũ Cyrillus loquitur, *characteres imaginis & similitudinis Dei, vt imaginis depictæ colores viui & illustres obscurari solent*. *Tract. ad Colos. c. 5.*
Obliterauit tandẽ dona à Deo accepta, & in anima sua, peccati penicillo, serpentes, basiliscos, aliaq; virulenta reptilia depinxit, haud pauciora iis, quæ in atrium ductus Ezechiel vidit *Cap. 8.*
sicque gloriam incorruptibilis Dei, suo modo, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrũ, & quadrupedũ, & serpentiũ transmutauit; *Rom. 1. 23*
neq; hîc gradum fixit, imaginem Diaboli animæ suæ impressit. O nefandum peccatũ! O crudelem Circen!

Caput XI.

Miseriam hominis declarat eius vise potentia agendi.

EAm enim ille ex se non habet, vti neq; naturam, quæ agendi primum est principium. Eius etiam vsus, Dei immediatã assistentiam, concursum & cooperationem ita requirit, vt nihil nisi à Deo adiutus facere operariq; possit; Vnde & Esaias docet *Deum omnia opera nostra in nobis esse operatũ.* Asserit etiam Apostolus *nos, nec ad cogitandũ aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sufficientes esse, sufficientiam nostram omnẽ ex Deo esse.* Eius adeo virtute cessante, cessat & communicata hominis virtus; cessante eius virtute, nec vsus ignis in fornace Babylonica, nec manus Hieroboam flecti potuit, quã in Prophetam minitantem extenderat. A prompta interdũ parataq; Dei ad concurrendum

Esa. 26. 12.

2. Cor. 3. 5.

Dan. 3. 50.

3. Reg. 13. 4.

virtu-

virtute dissidés, turpi otio, quod ad infernũ via est, se dedit. Cum ad agendũ deinde vim suam exerit, non rationem, sed sensum ducẽ sequitur, sicq; corporis, quam animæ maiorem curam habet; anxiè enim caducas voluptates venatur & captat; solicitè honoribus inhiat, laboriosè opes consectatur; æterna verò negligenter, oscitanter, & remissè quęrit, ne se peccato alliget in postremis habet, *mare videt & fugit, & Iordanis conuertitur retrorsum.* *Psal.* 113. 3. *Serm.* 5. *Quadr.* *Plena sunt omnia periculis*, ait S. Leo, *plena laqueis, incitant cupitidates, illecebræ insidiantur, blandiuntur lucra, damna deterrent, amaræ sunt obloquentiũ linguæ.* Et: *Insidiæ sunt in diuitiarum amplitudine, insidiæ in paupertatis angustijs, illæ eleuant ad superbiam, hæ incitant ad querelam. Tentat sanitas, tentat infirmitas, dum & illa materia est negligentiæ, & hæc causa tristi-* *Ser.* 11. *Quadrag.*

tiæ. Laqueus est in securitate, laqueus est in timore, nec interest vtrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cùm par morbus sit, vel sub vana delectatione gaudere, vel sub anxia solicitudine laborare, & tamen in his omnibus homo sternit; omnino potentiæ illius ferrum, exaculeatum & retusum videtur; vel læsa certè eius gradiendi facultas. Miser igitur homo & miserabilis est, & tamen contra fortem imbecillus, & contra omnipotentem impotens pugnat. O peccati summa grauitas & prauitas!

Caput XII.

Ex sensibus miseriam hominis cognoscere licet.

IN bonum enim hominis à Deo dati, ab adolescentia sua, vt & *cogitatio humani cordis, in malum*

Gen. 8. 21.

lum prona sunt, portæque veluti quædam, per quos omnia vitia animo obrepunt; *viæ* item, iuxta Gregoriũ Nazianzenum, *& foramina*, vt Gregorius Magnus loquitur, per quę anima egreditur, rerumq; corporearum delectatione inescatur; nec non cordis lenones, fures, & prędones, thesaurum animæ expilantes, spiritus proditores, inferni proditores, veneficæ vasa ferentes plena succis venenatis & herbis magicis veriùs quàm nectare & ambrosia; Inimici salutis, vitæq; tum præsentis, tum futuræ, insidias perpetuò struentes, perpetuoque vias intercipientes, quæ ad beatam ducũt ciuitatem. Ex illis interni magnũ eatenus homini facessunt negotium, quatenus imaginũ variarum turbam menti offerunt, & Zelphæ instar garrulæ, per varia discurrentes,

Orat. 38.
In 31. c. Iob.
Gen. 29.

domum cordis clamoribus importunis complent, tranquillitatemque perturbant & otium. Externi, *quibus cum anima*, vt D. Augustinus inquit, *ceu quima amatoribus fornicatur, quinque sunt illi reges, qui impedire nitebantur ingressum terræ promissæ, & quinque fenestræ*, iuxta D. Hieronymum, *per quas vitiorum ad animam ingressus est. Oculi, quibus nequiùs vixaliquid creatũ est*, ex rebus, per quas foris vagantur (*oculus stultorum in finibus terræ*) venenum hauriunt, quo ad ipsius mentis pernitiẽ abutuntur: Vnde in Threnis dicitur: *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Euam primam omnium parentẽ bonis exutã, malis omnibus induit. Dominam Iosephi, impudicamque flãminis Ægyptij vxorem corrupit, Dauidem confodit, vinxit, interfecit, Dinam violauit,

In Ioan. *Ios.* 10. *Lib 2 con. Iouin. c. 7.* *Eccli.* 31.15. *Prou.* 12. 24. *Thr.* 3. 51. *Gen.* 3. *Gen.* 39.12 *2. Reg.* 11. *Gen.* 34. *Dan.* 13.

senum

senum corda transfixit, sexcentos ad terram afflixit, vitaque exuit amoris dux. Aures animam sæpe enecant, dum prauos hauriunt sermones, nugamenta, fabulas, Helenæ raptus, errores Æneæ, Didonis querelas, Deorum adulteria, bella ficta, somniatas fortitudines, & quæ sunt de genere eodem. Gustatus, ex sensibus maximè voluptarius est, in quē ille desinit venter Veneris est amicus. Odoratus ad suauitatem & fragrantiam comparatus, tetrum nonnunquam vitiorum fœtorem inducit: qui semper benè olet, malè olet. Tactus denique toto corpore fusus, corporearum voluptatum, libidinis maximè seminarium est. De eo sic Basilius: *Tactus omnium sensuum deterrimus est; emittit enim legatos ad sensus,* *De vera relig.*

ſus, vt eorum opera, ſuas voluptates perſequatur; placidè abblanditur, vt magnam in hominem exerceat tyrannidem; expoſtulat veſtes prætioſas & molles, quæ tactu ſuo carnem delmiant, ad capiendum ſomnum mollibus lectis delectatur, lenibus & delicatis rebus tractari vult &c. Claudat locum hunc aureola hæc ſententia D. Ambroſij: *Perſpexit oculus, & ſenſum mentis euertit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalauit odor, & cogitationem impediuit, os libauit, & crimen reddidit, tactus contigit, & ignem adoleuit.* Quę omnia hominis vitioſam naturam, grauitatemq; adeo peccati mortalis indicant.

Lib. de fuga. ſæculi. c. 1.

Caput XIII.

Paßiones hominem vilem miſerumq; reddunt.

PAſſiones commotiones ſunt & affectiones inferioris ſentien-

tientisque appetitus, quâ ille & concupiscens & irascens est. Eas vtiliter admodum homini Deus inseruit, vt tanquã boni obedientesq; famuli, ei ad imperium ac nutum præsto essent, & in rebus omnibus inseruirent. Idq; stante iustitia originali promptissimè citra rebellionẽ in omnib. fecerunt, amissa illa per peccatum, ad malum potiùs, specie boni, quàm ad verum bonum hominem impellunt, multaque illi & grauia damna dare consuescunt. Animæ dignitatem, qua, ad Dei imaginem condita est, miserè deturpant, imisq; & caducis reb. alligant, & instar guttarum eam penetrãt, cauant, effodiunt. Deo, qui eum tranquillitate iudicat, dissimillimã reddunt. Rationem, obedientia abiecta, turpiter periculoséq; sede pellunt; Intellectum tenebris, *Sap. 12. 18.*

ad

ad instar nebulæ, circumfundunt, vt de supernis bonis à Deo promissis cogitare non possit. Iudicium rectũ euertunt, consilijs non obtemperant, *repugnant legi mentis*, vt D. Paulus ait, *& in lege peccati captiuant.* Voluntatem à Dei voluntate seiungunt, laborantq;, vt quod sensui arridet, seruia complectatur; Licentia elatæ dominium appetunt, summoq; scelere partum longiùs proferunt; potentiæ agendi difficultatem maximam inijciunt ad ardua virtutum opera aggredienda. Ordinem superioris & inferioris hominis perturbãt, & in cõtrarias partes, intestina seditione, ita distrahũt, vt, iuxta Philosophum, *vna animi pars doleat ijs quibus caret, altera de ijs gaudeat, quibus turpiter fruitur. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus ad-*

Rom. 7. 23.

Arist. 9. Eth. 4.

aduersus carnem. Non percipit homo quæ sunt spiritus; Velle adiacet illi, perficere autẽ non inuenit, non quod vult bonum hoc agit, sed quod odit malum, illud facit &c. Ordinem item naturæ peruertunt, risuiq; sapientũ hominum, & Angelorum ludibrio exponunt; *qualis enim est in oculis hominũ*, inquit Augustinus, *qui inuersis pedibus ambulat, talis est in oculis sapientum & Angelorum, cui passiones dominantur*; vitam miseram faciunt similemq; bestijs, quas ad commoda persequẽda, & incommoda fugienda; nõ ratio, non virtus, sed appetitus effrœnis impellit. Inexplebili voluptatũ cupiditate hominẽ inflammant, inani lætitia efferunt, ægritudine interdum exedunt, cura & solicitudine cõfundunt, turbulentis motibus inquietãt, volubilibus mundi cogitationibus concutiunt, assidua rerum tempe-

Gal. 5. 17. 1. Cor. 2. 14. Rom. 7. 18.

tempestate iactant, ira, dolore, liuore, odio, desperatione conficiunt. Verbo: *Contritio & infelicitas in vijs eorum reperitur.* Eam D. Paulus deflet his verbis: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et regius vates, *Miser factus sum, & curuatus sum, lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea.* Miser hic & miserabilis homo, mébra sua arma iniquitatis peccato dabit, Deumque infinitæ maiestatis offendet. Furijs profecto infernalique Megera truculentior est.

Psal. 13. 3.

Rom. 7. 24

Psal. 37. 7.

Caput XIV.

Homo dum se corpore nutrire, & augere studet, miserum se esse ostendit.

VIdimus miserias animæ rationalis in se, eius item, vt virtute & eminenter sentiens est, vege-

vegetantis etiã videamus ærumnas. Ac cùm tria eius officia & munia numerentur, nutritio scilicet, augmẽtatio, & generatio, de prioribus duobus, hoc capite, de tertio verò sequenti agemus. Alimento salutari conuenientique homo opus habet, vt corpus suum alat, & augeat, sicque vitam conseruet. Salutare & conueniens erit, si frugale, facile parabile, & sobrium fuerit, quodque *animum*, vt D. Ambrosius ait, *temperauerit, mentem informauerit, & habenas corporalis ferocitatis restinxerit; appetitum item*, iuxta Augustinũ, *ab ijs rebus, quæ turpiter desiderantur, coercuerit & cohibuerit.* Non verò illud, quod curiosè quæritur, & solerter inuenitur, oppiparum scilicet & nimium exquisitum, nec illud etiam, quo quis repagulis temperantiæ perruptis, mensurã quantita-

Lib. 1. de S. Iacob & vita beata.

Lib. 1. de lib. arb.

titatemq; debitã cibi & potionis excedit. De priore ita scribit Hugo de S. Victore: *Superstitiosum quidam nimis, in suis præparandis cibis adhibent studium, infinita decoctionum, frixurarũ, & condimentorum genera excogitantes, modò mollia, modò dura, modò frigida, modò calida, modò cocta, modò assa, modò pipere, modò allio, modò cimino, modò sale condita, secundùm consuetudinem prægnantium mulierum desiderantes, ita quòd ibi desudant coquorum artes, & fiunt variæ quæstiones, vtrum fieri debeant assata, vel frixa, & tanta solicitudine parantur, vt deuoratis quatuor, vel quinque ferculis, prima non impediant nouissima, & cum iam stomachus crebris eructibus repletum se indicat, nondum tamen curiositas satiatur.* Et Innocentius Papa de eodem sic habet: *Alius confundit & collat, alius confundit & conficit, & sub-*

De claus. anima.

De cont. mundi l. 2. c. 7.

stan-

stantiam conuertit in accidens, naturam mutat in aerē, vt saturitas transeat in esuriem, vt fastidium reuocet appetitum, ad irrigandam gulam, non ad sustentandam naturam, non ad necessitatem supplendam, sed ad auiditatem explendam. De posteriore hæc est D. Augustini sententia: *Hoc me docuisti, vt quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam; Sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestiæ trancseo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ; ipse enim transitus voluptas est, & non est alius quo transeatur, quàm quò transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedissequa periculosa iucunditas, & plerumq; præire conatur, vt eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo, nec idem motus vtriusque est; nam quod saluti satis est, delectationi* Lib. 10. Confess. c. 31.

parum,

parum est; & sæpe incertum sit, vtrum adhuc necessaria corporis causa subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministeriũ suppleat. Hæc Augustinus. Iam vtrumq; nocet corpori & animę. De corpore illud est: *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam; in multis enim escis erit infirmitas, & propter crapulam vini multi perierunt: Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet.* Vetus est: *multi cibi, multi morbi.* *Attendite,* ait Dominus, *vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa &c.* His accinit D. Basilius: *Natura,* inquit, *vis, quæ dispensat alimoniã animantium corporibus, temperatum ac parcum victum facile cõcoquit, & in corporis quod alitur substantiã vertit. At eadem vbi sumptuosos va-*

Eccl. 37. 32.

Luc. 21. 34.

Homi. 1. de ieiu.

riosq;

rioſque cibos complexa eſt, nec deinde ad conficiendam eduliorum portionem pares vires habet, diuerſa gignit morborum genera. Et Seneca: *Quicquid auium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus, quære nunc, cur ſubitò moriamur? quia mortibus viuimus.* Et: *Vna ſylua Elephantibus pluribus ſufficit; homo vero paſcitur vix terra & mari. Quid dicam de ijs, qui commorantur in vino; & ſtudent calicibus epotandis, qui potentes ſunt ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem?* qui dixit ſapiens: *Cui uæ? cuius patri cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum?* Et illud Iob. *Cũ ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eũ.* Animæ deinde nocet; *ferarũ enim*, vt inquit D. Baſilius, *eam habitaculum efficit, impietа-*

10. Rhet.

Epiſt. 7.

Prou. 23. 29.

Serm. de abdic. rerum.

pietatis, libidinis, dissolutionis mentis, scurrilitatis, loquacitatis, obtrectationis, cõtentionis, acediæ, languoris, cecitatis mentis, stuporis, Idololatriæ; diuinos enim honores, iuxta D. Paulũ *Philip.* 3. 19. *ventri tribuit*, quo qd magis Deo potest esse inuisum? quid item grauius peccato? quid miserius peccatore?

Caput XV.

Vis generandi ignobilem & infelicem facit hominem.

NON in se; data enim illiũ Deõ olim est ad honestam generis humani multiplicationem, electorumq; complemẽtum, sed vt intra fines & terminos legitimi coniugij, post primorum parentum lapsum, eius vsus feruor & furor est; vel modestus aliàs, ad finem tamen generationis non ordinatur; cum matrimonium item antecedit vẽ

vel eius cãcellos egreditur; cùm deniq; homo, turpissimæ voluptatis dulci veneno ebrius, modis alijs vmbrosis amoribus illecebroso stimulo operam dat, sicq; sisyphũ representat, vel Tantalũ agit. Detestabile hoc malũ homini multa magnaq; damna afferre solet. Animam enim gratia diuina priuat, varijsque modis maculat; Intellectui lucem eripit, *altosque & generosos* (verba sunt D. Hieronymi) *eius spiritus frangit, & à magnis cogitationib. detrahit; menti cæcitatẽ, incõsiderationẽ, præcipitationẽ*, vt D. Greg. scribit, *imponit, deq; homine pecudẽ facit*; Voluntatẽ in vitiorum voraginem deturbat, in Labyrinthũ includit, in cippũ cõpingit vinculisq; adeo, cæteroqui liberã astringit prope inexplicabilib. memoriæ obest, Deũq; illi eripit; Vires agẽdi reddit imbecilles, sens⁹ tar-

Lib. 1. adu. Iouin.

31. Mor. c. 17.

dos & retusos, luminibus etiã quosdam orbat; appetitum sẽ sitiuum illicit, hominemq; qu rulum, iracundũ, temerarium durè imperiosum, seruiliter bl

Loco cit. dum, *omnibus*, vt D. Hieron mus ait, *inutilem facit*; corpus e

Rom. 1.24. *Os.* 4. edit, *contumeliisq;* iuxta D. Paul *afficit*; cor aufert; sanguinem d spergit & inquinat, spiritus pe dit, vitã morbis implicat, eam que contrahit; rem cum pudo exhaurit, generi contumelia infert; Deum, quod caput es aufert, eius templum violat

1. Cor. 3.17. disperdit. Christi membro o probriũ infert, limo infigit pr fundi, æternis tandem homin nisi resipiscat, inferni flammis addicit. Hæc omnia ostendu vitij huius vt & hominis, qui captiuum se tradit, miseriam infelicitatem, peccatique mo talis grauitatem summam. Fu

gia

giat igitur *fornicationem*, D. Pauli consilio, fugiat serpentis aculeum, basiliſci venenum, viperæ morsum, stellionis ictum. 1. Cor. 6. 18.

Caput XVI.

Peccator, ob vitiosum corpus, malique habitus, miser est.

DVabus omnino partib. homo à Deo conditus atq; efformatus est, anima scilicet & corpore: De animæ miserijs hactenus egimus, sequitur vt & de corporis quoq; infelicitate diſſeramus. Et quando duplicis generis illa est, vel corporis in se cõsiderati, vel vt ad animã refertur, de priori hoc, de posteriori sequẽti capite disputabimus. Corpus in pruritu primùm carnis, & feruore libidinis, ex sémine spurciſſimo, in putido matris vtero cõcipitur. In eo deinde, ceu car-

cere, captiuum, dum formetur, nouem circiter mẽsibus detinetur, mẽstruoq; sanguine deteſtabili nutritur. Trabea poſtmodi sanguinolenta opertum, inops statuſq; ſui miſeriã miſerabiliter lamentans ac deplorans, ſummo matris periculo & dolore naſcitur, & miſerum ceu vermis prorepit, & ad laborẽ, ad doloré, ad timorẽ, ad mortẽ, quaſi abortiuũ abijcitur. Natum à cruore, quo madet, & à ſordibus, quib. obrutũ eſt, purgatur, faſcijs vincitur, incunis tã imbecillũ collocatur, vt ſi aliena ope & præſidio deſtituatur, neceſſariò illi miſerè infeliciterq; pereundum ſit. Poſt hæc prima roboris illius ſpes, primumq; tẽpus, quadrupedi ſimile facit; tum rectè, tardè tamẽ, & periculosè incedere, balbutireq; incipit. Inde miſeriarũ gurges, infinitaq; ęrumnarum, &

malo-

malorum lerna illud excipit, sexcenta pericula circũsepiunt, infinitæ demũ curæ, molestiæ ac solicitudines, affligunt, cõficiunt. Ex infãtia verò & pueritia egressum, p innumera, incõmoda vitæq; discrimina, quæ in tenerum illud corpusculum incurrunt, ad pubertatem; hinc porro, peræq; multa & magna, & sæpenumero etiã maiora naufragia, ad prouectiorẽ ætatem euectum, quot iactetur intẽperijs, & intemperãtijs, quot circũferatur fluctibus, quot morbis iactetur, facilè ac breuiter explicari nequit. Extremæ demum ætatis morbi, innumeri sunt, *multaq;*, vt poeta bonus ait, *senem, corporis ratione, circũueniunt incõmoda.* Quid multa? silicernium miserum homo est, sentina senectus, in quam omnes vniuersæ ætatis suæ sordes exonerantur. Ad extremũ, mors

sequitur, fera pessima hominem deuorans. Corpus exanime domi, & in sepulchro malè tractatur. Miser ergo homo est corporis ratione, & audet tamen in Deum inuehi. O prauitas peccati mortiferi!

Caput XVII.

Corpus aggrauat animam, adeoq; homo, ex ea parte, miser est & ignobilis.

cap. 9. 15. Asserit id sapiens; aggrauat autem animam corpus variis modis, includit enim eam in se, ceu carcere quendam, membrisque suis, velut compedibus & vinculis constringit; Ac cùm ex luto corpus sit factum, ei illam demergit, sicque ratione quadam ignobilem reddit, & vilem. Rursum cum anima his compagibus corporis inclusa sit, & consequenter coniuncta cum

cum corpore, quiddam vnum cum illo efficiat, necesse est vt ijs omnibus afficiatur, quibus corpus afficitur incommodis, sustineatq; adeo multa cum illo, patiatur, doleat, iustitiaq; prematur & ærumnis. Animã item ad peccatum trahit. Deo inuisam reddit, & ab amicitia sui conditoris seuocat. *Ludit omnino vt Ismael cum Isaac*, iuxta Origenem. *Hom. 7. in Gen.* Nebula est intellectui, sic vt cœlestia clarè videre non possit; rationis aciem retundit & hebetat. Voluntatem crassam afficit, terrenaque amantem. Infringit agendi vires, cum infirmum est & debile; obstat enim actionibus bonis, vt non libeat homini aliquid scilicet pij legere, meditari, orare, aliaque munia obire, multorum bonorum hostis. Quid quod sanum etiam beneq; habens homini tempus

præripit ad rectè agendum? mediam enim partẽ temporis vitæ sibi vẽdicare nõ potest, de Deo, de rebus æternis, de salutis suæ summa cogitãdi, vt ad experientiam omnẽ liquet: negotiorum moles perpetuò adest, necessitates aliæ semper intercurrũt. Impedit tandem corpus, quo minus anima re ipsa ad cœlum peruolet, cogiturq; adeo homo cũ

*ps.*119.5. Dauide dicere: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, quãdo veniam & apparebo ante faciem Dei?*

*ps.*141.8. Cum eodẽ item petere. *Educ de custodia animam meam, ad confitendũ nomini tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi.*

Caput XVIII.

Homo, quâ peccator est, miser & miserabilis est.

*Io.*8.23. EGimus de miserijs partium homins, de eisdem illius, vt totum

totum quoddam est, & peccator, sequitur ordine vt agamus. Impij ergo patria *de deorsum est, pater Diabolus, fratres Dracones, sorores vermes,* anima atrium, in quo vidit Ezechiel innumeras, horrendasq; figuras serpentum, draconum, reptiliũ, virulẽtorumq; animantium, intellectus ignorantia, ratio insania, mens hebetudo, iudicium stultitia, cogitatio inferni semen, voluntas iniquitatis sedes, & Dæmonũ habitatio, libertas vile mãcipiũ, captiua captiuitas, cõsciẽtia vermis rodens, exprobrãs, clamãs, crucians, potentia executiua paralysis, sensus vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, appetitus sentiẽs membrorũ lex, quæ sub peccato captiuat, corp° miseriarum theatrum, & vile iumẽtorũ stabulũ, caput hydra lernẽsis, facies ignis suffossio, frõs meretrix, nares p-

Io. 8. 44.
Iob. 30. 29.
Ec. 7. 14.
cap. 8. 10.
Eccle. 12. 8.
Rom. 7. 23.

sumptio, oculi feneſtræ mortis, aures curioſitas, maxillæ aſini malæ, os impudentia, dentes arma & ſagittæ, lingua gladius acutus, labia venenum aſpidum, guttur ſepulchrum patens, collũ inſolẽtiæ, ceruix pinguedo, ſcapulæ auerſio à Deo, humeri impatientia, pectus furor, dorſum inclinatio ad terram, brachia tenax auaritia, manus cruenta carnificina, cor Draconum cubile, malleatoris incus, aduerſus ſemetipſum lima, fel amaritudo, viſcera crudelitas, ſplẽ cholera, iecur cõcupiſcẽtia, pulmo tepiditas, venter gula; lumbi illuſio, femur nominis macula, crura rigor, pedes ad malũ curſus. Veſtis maledictio, actio, comedere panẽ famis, bibere vinũ iræ Dei, ex vua fellis, & botro amariſſimo, generare faunos, ſatyros, dormire ſopore graui, tenebrarũ opera in-

induere, telas aranearum texere, Dei vocationem, manuumq; extensionem aspernari, consilium despicere, & auersione contentiosa ab eo auerti, spiritum Sanctum contristare, Christum rursus crucifigere, imaginem bestiæ adorare, diis alienis seruire, tenere tympanum, & gaudere ad sonitum organi, coniungere domum ad domum, & agrum agro copulare vsque ad terminum loci, frui bonis quæ sunt, vti creatura tanquam in iuuentute celeriter, se implere vino pretioso & vnguentis, nullum florem temporis præterire, coronare se rosis antequam marcescant, luxuria omne pratum pertransire, vbique signa lætitiæ relinquere, vanè fortitudinem suam consumere, ægrotare, mori. Et quando, malitia non consumpta, iniquitas in eo inuenta

est, iudicium ei nõ cessat, & perditio ei nõ dormitat, vas iræ aptum in interitum in domũ malam æternitatis in infernum, cũ quo fecit pacem, in puncto projicitur, & in judicium magni diei, vinculis æternis, sub caligine reseruatur: auditio mala, & verbum asperum. O miserrime & infeliciſſime peccator! O grauitas peccati!

Caput XIX.

Miser est peccator, quia iumentis insipientibus similis est.

ID perspicium est ex his Psalmographi verbis: *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientib⁹, & similis factus est illis.* Non comparatur verò à Propheta homo iumentis insipientib⁹, nec similis illis dicitur, quo ad figuram & formam externam; Ps. 48. 18.

ternam; cùm enim peccatum admittit, effigiem hominis exteriorem retinet, vt patet ad oculum, neque quo ad naturam & substantiam, eam enim, vt liquidò constat, per peccatum nõ amittit, sed quo ad vitam & mores, sicut enim brutæ animantes, sensu solo, appetituque eum consequente, viuunt, ita homo, relicto vsu rationis, sensum, eiusque appetitum solum sequens, vitam suam instituit, vitæ brutorum animantium omnino similem. Id indicat Diuus Augustinus his verbis: *Animam habere, & intellectum non adhibere, nec secundùm eum viuere, bestialis est vita.* Et quia iumenta suâ naturâ ratione carent, homo verò impius peruersa & vitiosa solùm voluntate sua, ideo vilior illis etiam & ignobilior ipse est.

Tract. 15. in Ioan.

Id

In serm. de Ascens. 48. Id quod docet D. Chrysostomus, cùm in prædictum psalmũ sic scribit: *Peius est comparari, quàm nasci, nam naturaliter non habere rationem tolerabile est, verum rationis decoratione decoratum, irrationabili naturæ comparari, voluntatis est crimen.* Itaq; homo peccator, vt D. Bernardus inquit, *Ep.* 234. *honore absorbuit intellectum, seipsum amisit, se deseruit, in brutum animal degenerauit, ratione dicta, adeoque homo non est homo, peccatumq; ceu Circe, & Candia quædam hominem homini ademit.* Docet idem D. Chrysostomus, *Hom.* 23. *in Gen.* loquens de ijs hominibus, quos diluuium illud magnum oppressit: *Ob carnales*, inquit, *voluptates, quibus immersi erant, amiserunt esse hominis.* De Noë verò addit: *iste in tanto populo hominis imaginem seruauit.* Item: *Noe solus homo, cæteri autem non homines, sed humanam gerentes formam, & ex homini-*

minibus in bestias mutati, malitiâ voluntatis generositatem amiserunt. Quod si Chrysostomum roges: quis sit homo appellãdus; sic tibi, loco eodẽ, respõdet: *Tunc homo est, cùm virtutem colit; neque enim speciem habere hominis, & oculos, & nares, & os, & genas, & cætera membra hominem esse ostendunt, hæc enim membra sunt corporis, hominem illum dicimus, qui hominis imaginem salvam retinet. Quæ autem est imago hominis? rationalem esse; verùm non hoc solum fuerit hominem esse, sed & virtutibus esse deditum, & vitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtemperare, &c.* Item, eodem loco illum esse hominem ait, *qui animi sui effrænatis appetitionibus non seruit, sed dominatur.* Theophylactus idem confirmat, cum sic scribit: *Hominem non habeo, hoc est, rationẽ humanam, utpote*

In illud: hom. non habeo.

vtpote comparatus cum jumentis, quia sequor effrenatas appetitiones, ratione, fide illustrata, non consulta. Brutæ porrò animantes, quibus peccator similis dicitur, innumeræ sunt, sic, vt protheus tot non fingat personas, & formas, Empedocles tot transmutationes, Chaldæi tot varietates, quot ille subeat formas & personas. Earum aliquot in sacris literis exprimuntur. Pullo onagri comparantur aliqui à Iob, cùm sic

11. 12. loquitur: *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum reputat.* Alibi equis nonnulli similes dicuntur. Ita

Hier. 5. 8. enim habet Propheta, *Equi amatores, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.* Alij equis & mulis, iuxta

Ps. 31. 9. Dauidem: *Nolite*, inquit, *fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Canibus quidam; Vnde il-

de illud: *Canes impudentißimi nescierunt saturitatem.* Aspidi; *Venenum aspidum*, ait Dauid, *sub labijs eorum.* Item serpenti; hinc est illud: *furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.* Viperis, de quo illud est: *progenies viperarum, quis demonstrauit nobis fugere à ventura ira.* Dominus noster sensui deditos & impudentes, vocauit *porcos & canes.* *Herodem vulpem*, propter peccata scilicet, quibus æquabatur, & similis fuit isti feræ. Plura audiamus ex Boëtio: *Auaritia feruet*, inquit, *alienarum opum violentus ereptor? similem lupo dixeris; Ferox atque iniquietus linguam litigijs, exercet? cani comparabitis; Insidiator occultus surripuisse fraudibus gaudet? vulpeculis exæquatur; iræ imperans fremit? leonis animũ gestare credatur; pauidus ac fugax nõ metuenda formi-*

Es. 56. 11.
Ps. 13. 3.
Ps. 57. 5.
Mat. 3. 7.
Mat. 7. 6.
Luc. 13. 32.
Lib. 4. *Cons. pros.* 3.

formidat? cerui similis habeatur; segnis aut stupidus torpet? asinum viuit; leuis ac inconstans studia permutat? nil ab auibus differt; fœdis immundisq; libidinibus immergitur? sordidè suis voluptatibus detinetur; ita fit, vt qui probitate deserta homo esse desierit, cum in diuinam conditionem transire non possit, vertatur in beluã.

In 30. c. Esa. Eodem fermè modo concludit. D. Hieronymus: *Bonitas*, inquit, *hominem supra homines attollit, malitia eum infra homines deprimit, & in beluas per vitium transformat.* Vbi verò beluina, maximè porcina est vita, ibi Christus non est, sed Diabolus; vnde & impetu toto porcorum grex, imperante illo, abiit præceps in mare; sic peccator, nisi resipiscat, in abyssum, in profundum illud Tartari pelagus abibit.

CA-

Caput XX.

Impius miser est, quia monstrum est.

PRisci & mystici fabularum authores Iano, Gerioni, Gygi Briareo, Argo, &c. plura corpora, brachia, capita tribuerunt; Sunt & multa naturæ portentosa monstra, sed nullum homine scelerato, deforme magis & abominabile est, horrendum omnino, informe, ingens, cui lumen ademptum. Si quis enim in humano corpore, ordine membrorum inuerso, capite videlicet in terram depresso, pedibus autem sursũ erectis incederet inambularétue, sicq; faciem, præcipuam sui partem luto sordibusque immergeret, & intolerabili labore ac dolore se conficeret, monstri ad instar esset: Iam impio, in interiori sui parte, peccato mortifero

fero idem accidit; ratio enim, quæ principatum obtinet, superiorq; adeo est, appetitui sensitiuo, quem cum brutis animantibus communem habet, turpissimè subijcitur; Dominus seruo morem gerit, ancillæ hera. Qui in circuitu deinde semper ambularet monstrum meritò videri posset, & quidem diabolicum; Diabolus enim in circuitu ambulat, vt ipsemet de se testatur, testis hac in re non mendax; interrogatus siquidem à Domino vnde veniret, respondit: *circuiui terram, & perambulaui eam.* Et de illo Petrus ita scribit: *circuit quærens quem deuoret; at impius in circuitu ambulat*, vt Dauid ait, desiderium etenim illius & progressus figuræ circulari similis est, nescit in illis finem, illis nunquam satiatur, *semper dicit auarus v. 8. affer,*

Iob. 1. 7.
1. *c.* 5. 8.
Ps. 11. 9.
Prou. 30. 15.

affer. In infinitum etiam tendit, de vitio enim in vitium progreditur, à superbia ad ambitionẽ, ab ambitione ad auaritiam, ab auaritia ad inhumanitatem, inde ad crudelitatem, & adneces sine fine, monstrum igitur est, quia incircuitu semper ambulat, semper graditur, nunquam subsistit; vnde cum sui similibus dicere potest: *Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.* Ecquis minus eodem progreditur, qui vlterius pergere nequit, ait Mazarinus noster. Sed multa sua ignominia regreditur, haud secus ac mola, quæ postquam trigesies millies in gyrum acta fuerit vno die, deprehenditur vesperi eodem quo loco cœpit mane; sic impius cuius vita sumpsit exordium à peccato, medium ab operibus prauis, moritur tandem cum

Sap. 5. 7.

In ps. 50. Conc. 68.

cum peccato, & ibi deprehendit se in morte, vbi in ortu suo erat, quin multò peior euasit; *rectum verò callis iusti est ad ambulandum.* *Es. 26. 7.* Monstrosum & illud, hominem vnum & eundem duo habere corpora, eorumque vnum viuũ, mortuum alterum. Ei similis est homo improbus; animam enim mortuam in viuo corpore circumfert. De quo D. Chrysostomus sic scribit: *Si quis cadauer putridum circumferens per ciuitatem vagaretur, nonne omnes fugerent? Hoc de te cogita, peccator, qui animam peccatis obrutam circumducis, quod multò est grauius, &c.* *Hom. 74. in Mat.* Per Tragelaphum, quem inter monstra numerant Philosophi, impius cum D. Augustino intelligi potest, quòd præstantiam & pulchritudinem cerui, ratione repræsentet, parte reliqua, propter deformitatem hirco sit comparãdus.

Clemens Alexandrinus hominem improbum Poetici Centauri figmento similem facit, qui sursum hominis, deorsum equi referat formam. Monstrosum tandem, cerebrum habere in calcaneo, os in ventre, &c. Id quod in peccatore quouis est cernere. A monstro quoque alienus non est impius, cuius cibus est mendacium, potus furor omnipotentis, lutum lectus, lux tenebræ, &c. quiq; plangit vt Draco, luget vt Struthio, ineluctabili catenarum nexu ligatus. *Lib. 4. Strom.*

Caput XXI.

Homo, quâ improbus, miser est, quia merum nihil est.

Peccatum est nihil; dicitur enim in S. litteris *vanitas & mendacium*; vanitas autem & mendacium est nihil, ergo & peccatum est nihil. Indicat id *Ps. 4. 3.*

1. Cor. 13. 3. D. Paulus quoque cùm sic scri-
bit: *si habuero fidem, ita vt monte*
transferam, charitatem autem non
habuero, nihil sum; Iam peccatum
excludit charitatem nihil ergo
est. D. Augustinus colligit idem
Tract. 1. in Ioan. c. 1. §. 3. ex illo S. Ioannis: *Omnia per ipsum*
facta sunt, & sine ipso factum est ni-
hil; & rectè, quia ea quæ à Deo
fiunt aliquid sunt, & quæ sine ip-
so fiunt, nihil sunt. Eius etiam
L. cit. hæc est vox: *Nihil fiunt homines*
cùm peccant, peccatum igitur ni-
Lib. de di. nom. c. 4 §. 4. hil est. Accedit his calculis D.
Dionysij, authoris antiquissimi
& post sacros scriptores grauiss.
mi. *Peccatum*, inquit, *est priuatio &*
defectio, infirmitas, inconuenientia at-
que frustratio, destinatione, pulchritu-
dine, ac sede, & causa priuatum, indefi-
nitum, infœcundum, otiosum, imbe-
cillum, inordinatum, dissimile, infi-
nitum, tenebrosum, carensque sub-
stantia, & ipsum nulla modo, nus-
quam, & nihil existens. D. Ber-

nardus accinit, comparans enim peccatorem cum prodigo filio sic ait: *prodigus hic filius proficiscitur in regionem verè longinquam, quia ab eo, qui summè & singulariter est, nihil longinquius eo, quod nullo modo est, nihilque remotum magis ab eo, à quo, & per quem, & in quo sunt omnia, quàm peccatum, quod nihil est inter omnia.* Ex hoc item quod dicitur: *Deum time, & mandata eius obserua; hoc enim est omnis homo*, colligit, *ergo si hoc est omnis homo, absque hoc nihil est omnis homo.* Concludat Diuus Anselmus hoc ipsum. *Quoties*, ait, *à bono deuias, à Verbo te separas, quia ipsum est bonum, & ideo nihil efficeris, quia sine Verbo es, sine quo factũ est nihil.* Si iã peccatum est nihil, vti conclusum est, peccator quoque erit nihil, quia à peccato peccator nuncupatur. Porrò peccatum est nihil; sed pessimum, & pau-

In Ser. quodam.

Ser. 10. in Cant.

Eccl. 12. 13.

lib. Sol. c. 5.

Hom. 3. de prouidentia.

perrimum nihil, de quo S. Chry-
ſoſtomus ſic loquitur: *peccatum*
nihil eſt pauperius: peccatum eſt
nihil, ſed malignantis & deſtruc-
tis naturæ; priuat enim rectitu-
dine legis debita, magnaque a-
deo perfectione, priuat diuina
gratia & juſtitia, priuat gloria
theſauris infinitis. Ex quo con-
ficitur hominem quoque impi-
um iiſdem bonis omnibus pri-
uari, miſerumque adeo eſſe, mi-
ſerabilem, nudum, pauperem &
cœcum. Quod ſi ita eſt, vti re-
uera eſt, qua fronte & audacia
in eũ, qui ipſummet eſſe eſt, in-
currit? & ſciens ac volens diui-
nam maieſtatem offendit. O
amentiam! O crudelitatem!
Mirum creaturas omnes in ſedi-
tionem non conuerti, & in im-
pium coniurare, infernum eum
non abſorbere. Hæc de ſecun-
do libro.

DE INFINITA GRAVITATE PECCATI MORTALIS.

LIBER TERTIVS.

Graue est peccatum mortale, si causa spectetur, quæ impium mouet ad peccandum.

CAPVT I.

Impius variis modis se excusat, & in alios ceu causas culpam suam reijcit.

CVm impi⁹ violatæ legis accusatur, delicta sua nõ agnoscit, sed vel negat, vel excusat, vel in Deum alios ué, rationib. omnib. illa, summa temeritate & impietate deriuat, sicq; se defendens, & in verba malitiæ

declinans, lutum luto, vt in proverbio est, purgans, non se Domino, sed Dominum sibi abscõdit, & peccata sua detestãda magis & abominanda reddit. Id D. Augustinus his verbis docet: *Peior est inquit, dãnabiliorq; superbia, quæ etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorum & illa dixit: Serpens seduxit me, & manducaui: & ille dixit, mulier quam dedisti mihi, hæc dedit mihi de ligno, & edi; nusquã hic sonat petitio veniæ, nusquam imploratio medicinæ. Nam licet isti, non sicut Cain, quod commiserunt negent; ad hoc tamen superbia quærit in alium referre, quam perperam fecit; superbia mulieris in serpentem, superbia viri in mulierem. Sed accusatio potius quàm excusatio vera est, vbi mandati diuini est aperta transgressio. Neq; enim hoc propter-*

Lib. 14. Ciuit. c. 14.

non fecerunt, quia id mulier serpente suadẽte, vir muliere impertiente commisit, quasi quiq; Deo, cui vel crederetur vel cederetur, anteponendũ fuit. Hæc Augustinus. Cuius sentẽtiæ accedit B. Gregorius, cùm inter alia plurima hoc habet: *peccatum peccato addit, qui culpæ, quam fecit, patrocinia defensionis adiungit: contra,* juxta B. Augustinum, *qui peccatũ suum non defendit, iustitiam suam inchoat.* Quare Dauid hunc in modum Deum precatus est: *Ne declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis;* gratia hac impetrata dixit: *peccaui Domine,* exauditusq; est ab illo statim, vnde subditur: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* E conuerso Saul peccatum excusatione tegens, regno deijcitur. Excusationes hæ fabulationes sunt, quas narrant iniqui; scuto item, quibus Leuiathan serpens

Lib. 22. Mor. c. 13.

Serm. 4. de Charit.

Psal. 140. 2. Reg. 12. 13.

1. Reg. 15. 20.

Psal. 118. 85. Iob. 41. 5.

tortuosus tueri consueuit corpus. Excusatores verò malorum suorum, Diaboli sunt aduocati; & aspides non audientes voces incantantium; Cameli item cornua sua quærentes, aures autem amittentes. Eorum fila tenuia, quibus suas excusationes texere solent, abrumpere sic conabor, vt peccati vnicam caussam apud se residere, nisi proteruus esse velit, fateri debeat. Votis aspirare dignetur Deus.

CAPVT II.

Peccator, in sui defensionẽ, obtendit Deum velle, præcipere, incitare, &c. ipsum ad peccandum.

NEque defuerunt, neq; jam desunt hæretici, infelici sidere nati, qui *plus quàm hæretice*, vt Irenæus loquitur, referente Eusebio Cæsarienſi, blaterarunt & blaterant Deum velle, præcipere,

Lib. 5. Hist. c. 20.

pere, incitare hominem ad peccandum, peccatique adeo authorem esse; neque dubitant, cùm redarguuntur, litem ipsi intendere, culpamque in eum conferre, cuius meritò rei aguntur. Eorum primipilus est Simon magus, quem infeliciter alij secuti sunt; In ijs hac ætate Lutherus, DEI & hominum flagellum, & Caluinus liliatus, Theologi macellarij, ad caulas magis quàm ad Scholas, ad patinas magis, quàm ad paginas, ad haras magis, quàm ad aras, ad rura magis, quàm ad iura, ad macella magis, quàm ad sacella, ad solum magis, quàm ad cœlum nati & educati. Insanam autem & atrocem calumniam eam esse docent diuinæ litteræ. Ille ne iniquitatem vult, qui, iuxta regium vatem, *iniquitatem* *Ps. 5. 5.*

Eccl. 15. 21. Num. 12. 1. Cor. 10. 13. Pſ. 44. 8. Sap. 14. 9. Prou. 11. 20 Abac. 1. 13.

non vult? Ille ne præcipit peccatum fieri, qui, vt ſapiens ſcribit, *nemini mandauit iniqua agere?* Ille ne ad peccandum incitat, *qui non implanat, neque ſinit aliquem tentari ſupra id quod poteſt?* Ille ne peccati author eſt, *qui diligit iuſtitiam & odit iniquitatem, impium & impietatem? qui abominatur cor prauum? Cuius mundi ſunt oculi, ne videant malum, & ad iniquitatem reſpicere non valent? qui naturâ bonus eſt, imo bonitas ipſa?* qui præceptis, conſiliis, hortationibus, comminationibus omnibus id vnum agit, à peccatis vt hominem abſterreat? qui hominem propter peccata punit, in hac, & altera vita? *Illius enim rei*, inquit S. Fulgentius, *Deus vltor eſt, cuius author non eſt.* Ille ne peccati cauſſa exiſtit, *qui ſanctus eſt in omnibus operibus ſuis? qui vult hominem eſſe perfectum*

Lib. 1. ad Mon. Pſ. 144. 13. Mat. 5. 48.

fectum, ſicut pater ipſius perfectus eſt; qui in mundum venit vt peccata tolleret? opera Diaboli diſſolueret? corpus peccati deſtrueret? Scitè Baſilius *eum fatuum eſſe dicit & ſtolidum, qui negat Deum eſſe, ſtultiorem autem cenſendum, qui Deum peccati cauſſam ſtatuit.* S. Chryſoſtomus: *Satius eſſe ait ſexcenties defodi, quàm Deum talia per nos audire.* Plures ex Sanctis Patribus teſtes ideo non producimus, quod ipſius Dei vocem in diuinis litteris loquentem teneamus, in quibus & hæc merito numerari poteſt: *perditio tua Iſrael, ex me autem tantummodo auxilium tuum.* Cadit ergo, homo impie, prima tua excuſatio peccati & defenſio. Dauid, cùm plurimis occupationibus, magnis vitam ageret, vnam habebat quotidianam,

In hom. de haere.

Hom. 23. in Acta.

Oſ. 13. 9.

præter cæteras, occupationem admodũ vtilem: Sumebat sibi manè tempus, quo consideraret quàm infestus atque inimicus peccato esset Deus: *Mane*, inquit *astabo, & videbo*; astabo non modo pedes, sed animum quoque erectum in cogitatione magna firmabo, vt penitus perspiciam, non infinitam potentiam tuam, ô Deus, non summam sapientiã, non aliud quid magnum, & admirabile in natura tua; quid ergo? *vt hoc videam: quoniam nõ Deus volens iniquitatem tu es.* Hoc magni illius regis & Prophetæ initium actionum fuit, idem & tuum sit ô peccator, & non delinques, sed cum Dauide eris

vir secundum cor

Dei.

CA-

Caput III.

Homo conscleratus Deum ideo peccatorum suorum causam facit, quia ei libertatem arbitrij, peccandiq; potentiam dedit.

NE sine ratione homo impius insanire videri possit, in patrocinium suorum scelerũ sic argutatur. Deus efficiens est causa meæ libertatis ad bonũ & malum, consideratæ per modum habitus, & vt est potentia, causa igitur est aliquo modo meorum scelerum. Antecedens huius rationis absolutè verũ est, ex eo tamen vllo modo sequi, Deum esse aliquo modo causam peccatorum, ex ea libertate prouenientiũ, absolutè falsum est, quia ad finẽ illum & intentionẽ Deus eam nõ dedit; id quod vel ex eo colligitur, quia peccatum

prohibet, supplicijs coercet, præmijs ad virtutis studium incitat &c. Consequentiæ negatio hoc exemplo illustratur: Qui gladiũ alicui dat, siue mala intentione, & illo is postmodũ ad homicidium vtitur, præbens peccatum nullũ admittit; ita nec Deus peccat, peccatiuè causa existit, cùm homini dat potentiã ad peccandum modo supradicto; dedit enim eam ad gloriã, non ad ignominiã, ad meritum, non ad demeritũ. Id rectè D. Bern. his verbis docet: *Soli inter animantia datũ est homini posse peccare, ob prærogatiuã liberi arbitrij, datũ autem, non vt proinde peccaret, sed vt glorioſior inde appareret, ſi non peccaret, cùm peccare posset.* Et infra: *Non fuit culpa dantis, ſed abtuentis, qui ipſam facultatem cõuertit in vſum peccandi, quam acceperat ad gloriã non peccandi. Nam etſi peccauit ex posse, quod accepit, non*

In trac. de grat. & lib. ar.

non tamẽ quia potuit, sed quia voluit: peccati igitur lapsus nõ dono ascribendus est potestatis, sed vitio voluntatis. Obijciet peccator hominem nõ fore liberum, si libertate ad malum vti, peccareq; adeo non possit; id verò si faciat, Deum peccati illius fore authorem: respondeo liberum hominẽ nihilominus futurũ respectu peccati, licet nõ peccet, quia liberè ferri potest in peccatum detestando & fugiẽdo illud promerendoque consequenter laudem apud Deum, & meritum. Liber item erit ad peccatum vt faciat illud, sed ex se tantùm, adeoque nefariè; vnde tamen non sequitur Deum peccati authorẽ esse, sed hominem solum, quia peruersè libertate sua vtitur. Affert & illud impius: cur Deus non attribuit homini liberum arbitrium in bono confirmatum, vt

& li-

& liber esset, & tamen peccare non posset? Respondet D. Augustinus *Deũ ordinatè procedere voluisse, ac primùm ostendere quid possit liberum arbitrium, deinde quid possit suæ gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium.* Sed vrget peccator: eiusmodi libero arbitrio maxima pars hominũ ad peccandum abutitur, nõ dandum igitur hominibus illud fuit? Dandũ fuit, tum ad gloriam Dei, tum ad gloriam hominum; gloria Dei in potentia & sapientia eius elucet; potentiam autem illam, & sapientiam ostendit libertas humanę voluntatis hoc ipso, quod prouidẽtia Dei nullo modo impedire possit, etiam si permittat homini, quem regit, planè pro arbitrio viuere. An non elucet gloria Dei insignis, si qs cogitet hominem facere quicquid vult, & tamẽ quicquid velit nolit, or-

Lib. 2. de perseu. c. 10.

Bellar. To. 1. l. 3. c. 18.

dinem

dinem diuinę prouidentiæ ab æternitate constitutum, perturbare nõ posse, vt fiat aliquando, quod Deus absolutè nõ vult, aut nõ fiat quod absolutè vult? Deinde Deus hominem ita creauit, vt posset benè & malè agere, & ipse sine acceptatione personarum, bonos præmijs, malos supplicijs afficeret. Id quod ad iustitiã & æquitatẽ Dei pertinet. Sic deinde apparet infinita magnitudo & inexhaustus thesaurus diuitiarum Dei. Ita rursum innotescit Deum sibi sufficere; infinitã insuper Deus ea ratione charitatẽ erga creaturas suas declarat. Id tandem postulare videtur perfectio & ornamentũ vniuersi. Ad gloriam deinde hominum pertinet, vt, iuxta dicta, liberi voluntate sint; sic enim glorioſe gloriã in cœlis cõsequuntur, vtpote meritoriè: *Beatus qui potuit* *Eccl.* 31 10.

trans-

transgredi, & nõ est transgressus. Vana igitur est secunda peccatoris excusatio. Abdat se in tenebras.

Caput IV.

Deo tribuit peccator culpam aliquo modo, quòd actionis ille malæ caussa existat.

Sicque sine ratione vt illud euincat, ratiocinatur: Deus est caussa actionis peccati: *per ipsum enim omnia facta sunt, & sine ipso factũ est nihil*, peccati ergo ratione quadã; qui caussa siquidé est caussæ, caussa etiam est eius quod caussam sequitur; at Deus est caussa actionis, vnde deformitas sequitur, caussa ergo est deformitatis consequentis, adeoq; peccati. Argumentum est plumbeum: Fatemur cum Bellarmino, & Gregorio de Valentia, Deũ esse caussam actionis peccati, vt res illa quædam est, negamus tamen

Ioan. 1. 3.

To. 3. lib. 2. c. 18. & To. 2. disput. 6. q. 9 p. 1.

men ideo eum actionis peccati, vt peccatum illa est, annexum q; habet defectum perfectionis ex lege debitæ, causſam esse, fatemurq; adeo Deum cũ impio cõcurrere ad actionẽ peccati, quatenus absolutè illa à peccatore producitur, vt agens ille est non tamẽ quatenꝰ producitur ab homine vt deficiẽs est ille quoq;. Iã priori modo ad actionẽ peccati cõcurrere bonum est, posteriori verò modo ad actionẽ mali concurrere, malum est. Vnde efficitur actionẽ pręcisè consideratã, quà actio est, non habere annexum defectum perfectionis ex lege debitę; actionem autẽ consideratam, vt proficiscitur ab agẽte, quatenus simul deficiẽs est, habere adiunctum defectũ perfectionis ex lege debitę. Ad actionem priori modo cõsideratam cõcurrit Deus, ad actionẽ posterioti

riori modo sumptam non concurrit Deus, sed impius eam solus producit, solusque consequẽter peccat. Licet igitur Deus causa actionis existat, non tamẽ est causa alicuius annexæ malitiæ, quia defectus non est annexus actioni absolutè, quatenus actio est, & procedit quoque à Deo, sed quatenus est à causa deficiẽte, sub qua quidem ratione actus ille non est à Deo, quia sic non habet aliquam peculiarem perfectionem, quam sub aliqua ratione nõ efficiat Deus, scilicet sub ratione liberæ actionis, quo pacto actio illa cùm sit ab impio, vt agens est, proficiscitur etiam à Deo: vt autem est à causa deficiente non item, quoniam hoc formaliter non habet, vt est ab impio, quatenus est agẽs sed quatenus est agẽs deficiens. Lex autem primæ & vniuersalis causæ

est,

est, vt concurrat ad effectum secundæ, quatenus hæc causa est, non autẽ quatenus deficiens est. Quoniam igitur actio rationem illam, scilicet vt habeat annexũ defectũ, à caussa tantùm secunda deficiente accipit, hoc ipso, quo ab illo, vt à deficiente proficiscitur, idcirco in solam deficientẽ potest defectus ille, tanquam causam per accidens referri; sicut defectus, verbi gratia, qui in claudicatione cernitur, solùm in tibiam claudicantem refertur; non autem in virtutem motiuã, quoniam is motus à motiua virtute solùm proficiscitur, quatenus res quædam est, quo pacto non est ei annexus ille defectus, sed quatenus procedit à tibia infirma, sub qua ratione non est hic motus à virtute motiua, sed quatenus procedit à tibia infirma & deficiẽte

à re-

à recto motu. Nihil ergo dùm habet impius, quo se tueatur & defendat, habet autem, quo se in multis accuset, Deoq; gloriam dare debeat.

Caput V.

Improbus in excusationem suorum scelerum, nefariè affert Deum illa permittere.

SI Deus vellet, facillimè posset impedire, ne mala vlla ab homine fierent, si ei scilicet gratiam efficacē daret, per quam in amore & obedientia Dei perseueraret: id tamen nō facit, sed ab eo illa fieri sinit, vt Deus ipse mecum per Psalmistam his verbis testatur: *Dimisi eos secūdùm desideria cordis eorū, ibunt in adinuentionib. suis.* hoc est, peccatis ab ipsis inuētis. Idem asserit D. Paulus, cùm scribit. *Qui in præteritis generationib. dimisit omnes gentes ingredi vias suas*

Psal. 80. 13.

Act. 14. 16.

pec-

peccata nimirum. Experientiâ idem notius est, quàm vt vel doctus, vel indoctus, in dubiũ vocare possit. Hinc si impius cõcludat Deum peccati caussã esse, sicuti homo peccati caussa existit, cùm quòd impedire potest, non impedit, perperã cõcludet; in euitãdis enim seu impediẽdis malis futuris, nõ est par ratio Dei & hominum; homines siquidem legibus astricti sunt, Deus autem supra & extra leges positus est, carens videlicet superiore à quo leges accipiat. Iam ille tantùm peccat, qui potest, & debet malũ impedire, & id non facit, non is verò qui impedire tãtùm potest, nõ etiam tenetur, cuiusmodi est Deus opt. Max. Id ostendit Sanctus Doctor exẽplo demersionis nauis, quę peregrino tãquã caussę nõ adscribitur, qui illa veheba tur, quãtumuis eã impedire potuerit, 1. 2. q. 79. ar. 1.

tuerit, sed soli nauclero, qui ex officio impedire debebat. Dictis addo cum D. Augustino, Deum non tantùm permittere peccata ab homine fieri, sed velle etiam illa permittere fieri. Si obijcias: Deus vult permittere peccata, igitur vult fieri peccata, adeoque peccatorum causa est, consequentia, antecedente concesso, negatur; toto enim cœlo duo ista distingũtur; illud enim bonæ, hoc malæ voluntatis est, in summo præsertim rerũ omnium moderatore, ad quem spectat non impedire cursum rerũ, quamuis defectibilium, vt hinc ostẽdat primùm quid per se possit liberum arbitrium; deinde, quid eius gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium, vt loquitur S. Augustinus. Adiungo & illud, Deum etiam justè velle permittere fieri peccata ab homine; sic enim legem

In Ench. c. 95. & 10.

Lib. de cor. & gr. c. 12.

ille cauſſæ primæ, iuxta D Thomam, exequitur, quæ eſt, vt creaturam liberam permittat arbitratu ſuo agere, adeoque benè facit; Verè enim ab Auguſtino dicitur: *Deum quæcunq; creauit ſic adminiſtrare, vt ſuos exercere & agere motus ſinat.* Cùm igitur, vt Pererius noſter ait, naturam rationalem fecerit Deus præditam libero arbitrio, quod ad bonum malumq; iuxta flexibile eſt, conueniens fuit, vt eam agere ſineret, prout ipſa vellet, adiuuãdo quidem eam ad bonum faciendum, non tamẽ ad malum impellẽdo; Si enim nihil mali Deus ſineret fieri, vbi eluceret clementia eius in condonandis peccatis? vbi miſericordia in ſubleuandis malis? vbi iuſtitia in ſceleribus vindicandis? vbi tantus in hac rerũ vniuerſitate, præſertim verò in rebus humanis decor & ornatus

Loco citato.

Lib. 7. de ciuit. c. 30.

Lib. 4. in Gen.

eniteret? Neque verò propterea decet aliquid non fieri à Deo quòd eius occasione nonnulli deteriores futuri sint; cùm occasio illa non sit data, sed accepta; nec proueniat ex cõsilio proposito; & culpa facientis, sed ex prauo peruersoq; animo abutentis, alioqui nullam hominibus legem dari oporteret, quippe cùm ea pleriq; homines abutantur: nulla instituẽda fuissent sacramenta, nec filius Dei incarnandus, nec mittẽdus ad ludæos fuisset, nec mortem pro redemptione hominũ subire debuisset. Quod si obijcias: Deus permittit iustè peccatũ, recte igitur ego pecco. Ad id D. Fulgentius respondet negando consequentiã: permittitur enim aliquid iuste & licitè, quod iniquè & iniustè patratur: Iustè Deus permittit peccata, iniustè peccat homo

Lib. 1. ad Mon. c. 13

iust

iustè tamen punietur, tum quia Deum blasphemia onerat, tum quia ex bonis mala, ex sanitate audaciam, ex vitæ longitudine peccatorum multitudinem, ex forma libidinem, ex diuitijs superbiam, ex potestate tyrannidem, ex misericordia Dei, in peccatis persistentiam, ex floribus venenum, ex melle fellis amaritudinem depromit.

Caput VI.

Prætendit impius sibi deesse sufficiens & necessarium gratiæ diuinæ auxilium, quo peccata vitare possit.

IMpia hæc est vel cæcitas, vel malitia: Ille ne sufficiens & necessarium gratiæ auxiliū homini negat, quo peccatum vitari possit, *cuius lumen super omnes surgit? qui in perditionibus non delectatur? à* *Iob. 25. 3. Tob. 3. 22.*

*ps.*18.7. *cuius calore nemo se abscõdit? qui mi-*
*Sap.*11.25. *seretur omniũ? qui diligit omnia qu-*
*Prou.*1.24. *sunt, & nihil odit eorum quæ sunt*
*Prou.*3.26. *qui hominem vocat, & ad eum ma-*
num suam extendit? qui est in later-
hominis & custodit pedẽ ipsius ne ca-
*cap.*49.15. *piatur?* Qui apud Esaiã sic loqui-
tur: *Dixit Sion* (peccator) *dereliquit*
me Dominus, & Dominus oblitus est
mei: nunquid obliuisci poterit mulier
infantem suum, vt non misereatur fi-
lij vteri sui: Et si illa oblita fuerit, ego
*Tit.*2.11. *tamen non obliuiscar tui?* Ille cuius
*Mat.*5.45. *gratia apparuit omnibus hominibus*
qui solẽ oriri facit super bonos & ma-
los, & pluit super iustos & iniustos
solem iustitiæ imprimis, vt & pluuiã
cœlestẽ, iuxta D. Ambrosium; qui
*Ser.*8.*in*
*ps*1.8. clamat: *Venite ad me omnes, qui la-*
*Mat.*11.28. *boratis & onerati estis, & ego reficiam*
*Io.*1.9. *vos? qui illuminat omnem hominẽ ve-*
*1.Cor.*15.3. *nientem in hunc mundũ? Qui pro om-*
nib. mortuus est, atq; adeo pro om-
nibus à Patre suo gratiam obti-

nuit,

nuit quamq; & omnib. dare paratus est? *Qui in Christo sibi mundũ reconciliauit? qui nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ; & in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum? Qui stat ad ostium, ad hominem & pulsat, vt intrare possit, & cũ illo cœnare?* Digitum ergo, peccator, pone super os tuum; *Perditio tua est, ex Deo autem tantummodo auxilium tuum*; quidquid enim Deus facit, misericordiæ & iustitiæ eius debet esse consentaneũ, iuxta illud: *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas* (iustitia) sed vt alicui impio Deus auxilium neget sufficiens, & necessarium, vt quandocunque velit vitare peccatum non possit, neque diuinæ misericordiæ, neque diuinæ iustitiæ est consentaneum; non misericordiæ, quia auxilium ad dictum effectum necessarium

2. Cor. 5. 18. Gal. 3. 13. Coloss. 1. 14. Apoc. 3. 20. Os. 13. 9. ps. 24. 10.

negare, non est misereri; non iu-
stitiæ, quia Christus merito iu-
stitiæ impetrauit à Patre suo æ-
terno, auxilia ad vitanda pecca-
ta, salutemque consequendam
necessaria, adeoque illa ex iusti-
tia homini dare debet. Coro-
nidis loco addam aureolam D.
Hom. 16. ad Hebr. Chrysostomi sententiam: *Habe-*
mus, ait, *cooperatorem & adiutorem*
Deum; tantùm velimus, tantùm
opere accedamus ad rem ipsam, tantùm
curam geramus, tantùm in mente pe-
namus, & omnia sequentur: si verò
dormiuerimus, & stertentes speremus
intrare in cœlum, quando poterimus
hæreditatem cælorum apprehendere?
Hom. 7. in Ioan. Et rursum: *Gratia in omnes diffusa*
est; non Iudæum, non Græcum, non
Barbarum, non Schytam, non liberum,
non seruum, non virum, non mulierem,
non senem, nõ iuuenem effugit, & de-
dignatur, omnibus eadem est, omnibus
facilem se exhibet, omnes pari honore
ad-

aduocat. Qui autem eius munere frui negligunt, hanc suam cæcitatem sibi ipsis imputent, cùm enim omnibus pateat, & à nemine prohibeatur, perditi quidam & nequam homines, propria duntaxat malitia ingredi recusant. Tibi, peccator, dictum.

Caput VII.

Assignat nefarius homo malum suorum scelerum Deo, vel impossibilia, vel grauia mandanti.

IMpiè; neque vel impossibilia, vel grauia homini Deus imperat; non impossibilia, vt ipsemet, qui prima & summa est veritas, his verbis testatur: *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: quis nostrũ valet ad cœlum ascẽdere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atq; opere compleamus?* Deut 30. 11.

neq; trans mare positum, vt causeris & dicas: quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsq; deferre, vt possimus audire, & facere quod præceptũ est? sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. His item: *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis.* Idipsum docent Sãcti Patres, D. Augustinus: *Firmissimè creditur Deum iustũ & bonum impossibilia nõ potuisse præcipere.* Et: *Deus impossibilia, non iubet, sed iubendo monet, & quod facere possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis.* D. Hieronymus: *Deus possibilia mandauit: hoc nulli dubium est, impossibia non præcepit, sed perfecta.* Origenes mulieribus eos comparat, qui dicunt se Dei mandata non posse seruare. S. Basilius: *Impium est dicere impossibilia esse præcepta.* S. Chrysostomus:

Ezech. c. 36. 26.

De nat. & gr. c. 69.

cap. 43.

Lib. 3. aduer. Pel.

Hom. 9. in Ios. Orat. in Attende tibi.

Hom. 8. de pœn.

mus: *Nequaquam Dominum accuſes, haud mandat impoſsibilia, multi, & ipſa ſuperant præcepta.* Quod factum etiam eſt, haud dubio fieri potuit, ſeruata autẽ fuiſſe mandata, ſequentia docent exempla. De ſe Sanctus Propheta Dauid ſic loquitur: *Viam mandatorum tuorũ cucurri, cùm dilataſti cormeum.* *pſ.* 118. 32. Et quando teſtimoniũ eius proprium ſuſpectum videri poteſt, cõfirmatur alio Dei locupletiſſimo & certiſſimo; *nõ fuit*, inquit, *ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitũ eſſet in conſpectu meo.* 3. *Reg.* 14. 8. De Ioſue ita habetur: *Sicut præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo; ita præcepit Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa compleuit, non præterijt de vniuerſis mandatis, ne vnum quidem verbum, quod iuſſerat Dominus Moyſi.* *cap.* 11. 15. De Zacharia & vxore eius Eliſabetha ſic *Luc* 1. 6.

legitur: *Erant iusti ambo incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* De Apo-
Ap.17.6. stolis Christus: *Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.* Per plures alios ab illis eadē seruasse mandata certum & indubitatum est; alias frustra pro illis, vt & alijs, mortuus esset Christus; mortuus enim est Christus, vt legis iustificatio impleretur. Nullum etiam illi peccatum admisissent;
Rom.8.4. peccatum enim est præuaricatio legis, quæ esse nequit, vbi illa vitari non potest. Claudo hunc locum: Christus Dominus, vt Deus, & vt homo crudelior & stolidior esset quouis Tyranno, si impossibilia præcepisset. Grauia rursus Deus
Mat. 11.29. non imperat, cùm Christo teste, *iugum eius sit suaue, & onus leue.* Et D. Ioannes: *mandata eius*
1. c. 5 3. *gra-*

grauia esse diserte neget. Comprobant id Dei sancti, quibus, cum vate regio, *iudicia Domini vera sunt, & iustificata in semetipsis, desiderabilia super aurum & argentũ lapidemq; pretiosum, & dulciora super mel & fauũ.* Grauitas, si quæ illis ineſt, eo, quia pauca sunt, tollitur: quòd item à Deo infinitæ maiestatis data sunt; quòd ad ea implenda homini gratia & auxilium datur; quòd præmium obseruantibus ea magnum nimis datur; quòd tandem æternum in inferno supplicium eos manet, qui illa non exhauriunt. Considera peccator, *qui laborem fingis in præcepto,* & non nisi pondera & sarcinas peccatorum somnias, quid D. Augustinus de præceptis eorũque obseruatione sentiat; Verba eius hæc sunt: *Hæc sarcina, quæ esse putatur, non est pondus onerati,* *ps.* 18 11.

Serm. 22. *de uerb. Apos.*

sed alæ volaturi; habent enim & aues pennarum suarum sarcinas portant illas in terra, portantur ab illis in cœlo. Si id non credis, adhæret tibi sedes iniquitatis; si credis, & non seruas tamen, scito onus Diaboli infinitis partibus grauius esse; minimus eius digitus grossior est dorso patris (Dei) Ille posuit, iudicio tuo peruerso, iugum graue, hic addit super iugum tuum; ille cecidit te flagellis, hic cædit scorpionibus in sæculorum sæcula.

ps. 93. 20.

CAPVT VIII.

Homo scelere coopertus propterea Deum flagitiorum suorum authorem facit, quòd illorum differat vltionem.

FAlsum sumit, & concludit. Falsum sumit; pœna enim & supplicio Deus in hac etiam vita peccatores afficit; vnde enim tanta rerum omnium igno-

ran-

rantia ? vnde Cimmeriæ tenebræ ? vnde tanta ad malum propensio, tanta rationis & appetitus inferioris perturbatio ? vnde imperij, & regnorum euersiones ? vnde magistri mendaces, introducentes sectas perditionis, sibique introducentes celerem perditionem ? vnde ij, per quos via veritatis blasphematur, religio deformatur, Ecclesiæ vnitas scinditur ? vnde tot, tamque grauia peccata? Mundus pænarum miseriarumque oceanus est, & impius conqueritur peccata in præsens à Deo non puniri, eorumque ideo authorem esse. O stupor! O talpa! Obijciet fortè de omnibus & singulis à Deo sumendas esse pœnas, easq; propriè dictas, & cõfestim quoque si in Societatem culpæ trahi nolit; falsum concludit, Deo siquidẽ rationes suppetunt, qui-

bus, si impius velit, peccata vitare possit. Eas ordine persequemur: Patientia in primis Dei, vt & bonitas ac misericordia illius, qua cum impius insimulat, eiusmodi est, vt licet aliqui, culpâ suâ, illa abutantur; alij tamen ad cor mentẽq; redire, peccandiq; consuetudinem abrumpere possint; & verò plurimi etiam redierunt, peccareq; desiuerunt; prius ostendit Diuus Paulus his verbis: *Ignoras quod patientia Dei ad pœnitentiam te adducit; secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.* Rom. 2, 4. Posterius vel exemplum D. Aug. vt alia præteream, clarè ostendit. Huc etiam illud pertinet, *an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis.* Videns deinde Deus atrocitatem pœnarum inferni, æternamque damnationem

nem, quæ omnem superat cogitationem, meritò non statim illuc hominem, post peccatum admissum detrudit. Id significat Vates regius, cùm sic ait: *Videres, quoniam tu dolorem & laborem considéras, vt tradas eos in manus tuas*, hoc est, Tu Domine considéras laborem & dolorem æternum, quantus sit quamque grauis, & ideo peccatores statim nō tradis puniendos in manus tuas. Deinde Deus æterna sua prędestinatione decreuit impium expectare vsque ad certum tempus, mensuram scilicet definitam peccatorum: Et licet antequam eò perueniat, cōmeritus sit inferni pœnas, eas tamen non irrogat, vt indicat Moyses his verbis: *Nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus, ideo modò non succidam eos, sed cùm completæ fue-*

ps. 10. 14.

Gen. 15. 16.

fuerint succidentur. Qua in re impio cõtingit, quod vasi fictili vacuo aquis innatanti, cùm vacuum est, vel semiplenum, ab aqua non absorbetur, sed supernatat, & jam huc, jam illuc fertur, tandem impletur, & tanquam lapis in ima fertur. Quo alluſit Iob his verbis: *Vtinam impleatur venter eius, vt immittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.* Atque hoc Iudæis Christus ipse insinuat, cùm sic ait: *Et vos implete mensuram Patrum vestrorũ*; vltra quam Deus non differt vltionem, sed profert continuò sententiam. Ad hæc Deus indulgentiâ & lenitate hac suâ omnipotentiam suam magis, quàm ex mundi creatione declarat. Vnde Ecclesia: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas, &c.* Vno verbo mundi machinam condidit, vo-

Cap. 20. 23.

Mat. 23. 32

cans

cans ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quod permirum est, mirabilior tamen magis est eius patientia, qua se continet, ne ad vltionem scelerum statim procedat. Pessimum est hominem peccare, optimum Dominum esse longanimem. Longanimitatem autem hanc suam & tarditatem compensabit, adeoque peccator non habet quo efferatur & insolescat: maxima durissimaque vltio diuina est vltionis mora. Deus item hac sua patientia & longanimitate ostendit rerum se omnium prouidentiã habere, sæculumque aliud superesse, in quo boni præmiis afficientur, mali supplicijs æternis mactabuntur. Vltio rursum propterea differtur, vt impius tempus habeat & spatium resipiscentiæ, conuertique postliminio possit ad Dominum; *Vul-* *Ps.* 33. 17.

tus

Ps. 33. 17. tus quidem *Domini est super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*, sed priusquam iustitia in vltionem respicit, in bonum respicit eius misericordia, vt eos conuertat. His postremo accedit quòd ea re Deus exemplum homini præbet, vt similiter ipse faciat, patienter & longanimiter inimicos suos tolerando. Si hæc, quæ in medium breuiter protulimus, impio non satisfaciunt, sacrilegæ eum insaniæ esse demonstrant, permittuntque vt Chius Dominum, quod in prouerbio est, emat, Vriæque similes litteras accipiat.

CAPVT IX.

Sceleſtus suæ improbitatis cauſſam, ideo in Deum refert, quia malos interdum in hac vita flagellat.

Sto-

STolidè; quid enim causari aut agreferre potest homo, quod non arguat in Deo summam benignitatem? mala, quæ Deus malis aliquando, ob admissa flagitia, in hac vita infert, eo fine nõ infert, vt peccare ille pergat, sed, quod promptius est, peccare desinat, de præteritis pœnitentiam agat, Dei gratiam recuperet, ad meliorem vitæ frugem se deinceps cum diuino auxilio recipiat, & felicitatem tandem in cœlis consequatur. Mala igitur illa, quæ Deus infligit, bona sunt, & in beneficiis singularib⁹ numerãda; soluũt enim, quo ad te, hominem à creatura, & arctè eum creatori cõiungũt. sicq; immortalem gloriæ corollã construunt. Id indicat regius vates, cùm sic loquitur: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Id factum esse, *ps.* 82. 17. 77. 34.

17. 34. esse, his aliis verbis docet: *Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad eũ.*

106. 6. Et his: *Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur.* Huc facit, illud

Cap. 26. 16. Esaiæ: *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris, doctrina tua eis.* Huius in specie hæc sunt exempla: *Conuersus sum,* inquit Psalmographus, *in ærumna mea, dum configitur spina.* Et Esaias:

Ps. 31 4.

Cap. 26. 17. *Sicut quæ concipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus & parturiuimus spiritum salutis.* Roboam rex Iuda, & populus eius peccantes in Dominum, multis malis afflicti sunt, aperientes tandem oculos, peccataque videntes, dixerunt: *Iustus est Dominus.* Et Dominus, *quia humiliati sunt, non disperdam eos.* Manasses rex Iudæ: & impius, & crudelis, ab exercitu

2. Para. c. 12. 6.

2. Paral. 33. c.

regis

regis Assyriorum captus, catenisque cõstrictus & compedib⁹, in Babylonem ductus resipuit. Nabuchodonosor ob peccata, regno & Societate hominum eiectus, & in bestiam, sua ratione transformatus, his verbis, in se reuersus, vsus est: *Nunc ego Nabuchodonosor laudo & magnifico, & glorifico regem cœli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.* Antiochus Epiphanes propter scelera in populum Dei crudeliter patrata, insanabili ac læthali morbo à Deo percussus, agnouit veram suæ calamitatis caussam, vt eius verba clarè demonstrant, quæ, breuitatis studio prætermitto. Bonum igitur est cùm impiis Deus mala infert. Hinc rectè D. Bernardus sic scribit: *Multi cùm sentiunt pœnam, corrigunt culpam.* Et: *benè pungeris, si com-*

Dan. 4. 34.

1. *Mach.* 6 c.

Serm. 42. *in Cant.*

compungeris: pungitur homo cùm a rumnis, veluti spinis affligitur, cùm verò pœnitentiam agit, compungitur; fœlix punctio, per quam affertur compunctio. D. Prosper: *Ad hoc,* inquit, *exagitantur homines tribulationibus, vt vasa electionis euacuentur nequitia, & impleantur gratia:* Vexatio dat intellectum. Omnino cùm quis hîc ob peccata castigatur, in dextera Dei manu est. Sicut autem salutare est flagellatum à Deo resipiscere, & ad eum conuerti; ita contrà noxium est, & velut desperatæ emendationis iudicium, aduersis non permoueri ad pœnitentiam. De huiusmodi hominib⁹ illud est Prophetæ: *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & noluerunt suscipere doctrinam.* At bestiarum est flagellari, inquit peccator? Est, & tu in bestiã peccando degeneras; quid mirũ igitur, si vt bestia fla-

In Sent. Aug. 204.

Hier. 5. 3.

ge-

gelleris? ingenuũ te non peccando prębe, & ingenuè tractaberis, traheriſq; funiculis aliis, ſcilicet charitatis: *Multa flagella peccatoris,* Oſ.11.4.
ſperantem autem in Domino, miſericordia circundabit. Satſcio te & illud obtenſurum: Phryx plagis Pſ.31.10.
non emendatur: ſi non emendatur? an ideo Deus iure ſuo non vtetur? ſi correctio te non iuuat, iuuabit alium, cuius etiam habẽda eſt ratio. *Peſtilente flagellato*, ait Prou.29.
Sapiens, *ſtultus ſapientior erit.* Et: *mulctato peſtilente, ſapientior erit parvulus.*

Caput X.

Homo conſceleratus flagitiorum ſuorũ culpam in cœlum, aſtraq; cœleſtia reiicit.

Præfractè hactenus & impiè peccator Deum Opt. Max. flagitiorum ſuorum authorẽ fecit, eorundem deinceps cauſſam & originem rebus alijs aſſignat; quod

quod dum facit, Deum etiam qui eas condidit, obscurè licet accusat. In ijs primas cœlo, sideribusq; cœlestibus tribuit. Si impius id cœlo eiusq; astris perse, & directè tribuit, communi Doctorum sententię repugnat; nullum enim externum principium (Deum solum excipimus) ad voluntatis actus, adeoque peccatum, vel inclinationem communicare, vel ad illos actiuè concurrere potest. Quod si ad eius modi inclinationem, & concursum necessitatem quoque adiungit, vt consequenter adiungere cogitur, fidei etiam religioni nique Christianæ aduersatur eiusmodi enim corpora, quem admodum in diuina scriptura habetur, facta tantùm esse dicuntur, *vt sint in tempora, & signa hominibus*, non verò vt causæ effectrices sint humanarum actio-

Gen. 1. 14.

actionum. Signa autem, probabilia, non item certa & necessaria esse solent. Quod nulla item necessaria sit connexio euentuũ humanorum, ex contingentium aliquorũ, cum dispositione cœli astrorum q; cœlestium, ex eo liquet, quod Esaias tanquã vanũ irridet studiũ illorũ qui Astrologicis diuinationib° fidẽ adhibent. *stent*, inquit, *& saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi: ecce facti sunt quasi stipula.* Et Hieremias: *A signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quoniam leges populorum vanæ sunt.* Quod de his Deus ipsemet sentiat, habemus apud Esaiam in his verbis: *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam illorum stultã faciens.* Salomon itẽ scientiam futuram

Cap 47. 13.

Cap. 10. 2.

c. 44. 25.

Eccl. 10, 14.

turam rerũ denegat homini: *Ignorat*, inquit, *homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurum sit, quis poterit iudicare?* Et: *homo ignorat praterita, & futura nullo scire potest nuntio.* Dicitur etiam apud Esaiam: *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis*; scire autem possent Astrologi futura, si à sideribus illa astrisq; cœlestibus, ceu causis efficientibus necessariò peruenirẽt. Cum doctrina sacrarum litterarum Ecclesiæ iudicium, mirè, vt par est, cõgruit; nullam enim inferri necessitatem à cœlo eiusq; sideribus voluntati humanæ in actionibus suis sæpe definiuit. Eadẽ superstitio legibus etiam Imperatoris prohibita est. Si necessario etiam homo propter talẽ siderum coniunctionem arq; aspectum peccat, vt Astrologi blaterant, & ratio effectricis caussæ demonstrat, non erit, quo ad hos, liber

Cap. 8. 7.

Cap. 41. 23.

l. de mal. & Mat. l. 23 4 5. & 7.

vituperariq; adeo non debebit, nec damnari, alioué ſupplicio affici. Aſtra igitur cœleſtia actiuè per ſe & directè non concurrunt ad peccatum hominis, illiq; ad peccandum neceſſitatem non afferunt, & conſequenter præſenſio & præuiſio illa Aſtrologica friuola, ſtulta, & impia eſt, meritoq; Aſtrologi iudiciarij odiendi, fugiendi & damnandi ſunt. Porrò licet directè, & per ſe cœlum cum aſtris peccati cauſſa effectrix non ſit, indirectè tamen, & per accidens illius cauſſa exiſtit, tum ex parte obiecti, quod aſtra quoq; ſuppeditant; tum ex parte appetitus ſentientis, in quē vim aliquam illa habent, adeoq; hominem ad peccandum inclinant, neceſſitatē tamē ei nullam afferunt, quin eis, ſi ſapiens ſit, dominari poteſt, & verò, ſi peccatum effugere velit, dominari quoq; debet.

Caput XI.

Homo scelere astrictus flagitiorum suorum turpitudinem ignorantiæ velo tegere conatur.

NOn longum faciam: Cùm impius ignorantiam in sui, flagitiorumq; suorum patrocinium quoq; vocat, benè & malè facit. Benè, si ignorantia, qua laborat, inuincibilis sit, eiusmodi scilicet, qua per eum nõ stat, quo minùs illam, studio adhibito, superet, atq; adeo contrariã scientiam cognitionémue aquirat; hæc enim à peccato prorsus excusat, quandoquidem inuoluntaria est, diciturq; alio nomine inculpabilis. Malè verò, si ignorantia, qua sæpiùs laborat, vincibilis est, eiusmodi videlicet, qui per eum stat, quô minùs res cognoscatur; siue quia dedita opera ignorare vult, quæ dicitur affe-

Gregor. de Val. To. 2. disp. 6. q. 6. p. 1.

ctata

ctata; siue quia vim moraliter, & ex intentione facilè posset, adhibito aliquo studio, ad cognitionem rei peruenire, negligit hoc facere, & supina vel crassa dicitur; hæc enim à peccato non excusat, sicuti neque à voluntario. De ignorantia hac vniuersè generatimque sumpta hæc sunt diuinæ scripturæ testimonia. *Si anima nesciens peccauerit,* Num. 15.
offeret capram anniculam pro peccato 27.
suo, & deprecabitur pro ea Sacerdos,
quod inscia peccauerit coram Domi-
no. Et: *propterea captiuus ductus est* Es. c. 5. 13.
populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame,
& multitudo eius siti exaruit. propterea dilatauit infernus animam suam,
& aperuit os suum absque vllo termino, & descenderunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq; eius
ad eum. Et: *Nunc fratres scio, quia per* Act. 3. 17.
ignorantiam feciſtis. Et: *si cognouissent,* 1. Cor. 2. 8.

nunquam Dominũ gloriæ crucifixis-
sent. De affectata deinde igno-
Dan. 13. 9. rantia hæc sunt. *Auerterunt oculos*
suos, ne viderẽt cœlum, neq; recordarẽ-
Iob 21. 14. *tur iudiciorum iustorũ.* Et: *scientiam*
Ps. 35. 4. *viarum tuarum volumus.* Et: *noluit*
intelligere, vt benè ageret; adeoq; fu-
git peccator benè monentẽ, pec-
cataq; in memoriam reuocantẽ,
vt fugit Elephas aquas, ne hor-
ribilem suiipsius effigiem intue-
ri cogatur. Id indicat illa, cùm sic
2. Reg. 17. 18. loquitur: *Quid mihi, & tibi vir Dei,*
ingressus es ad me, vt rememorarentur
Es. 30. 10. *iniquitates meæ?* Dicit peccator vi-
dentibus nolite videre, & aspicienti-
bus nolite aspicere, loquimini mihi pla-
centia. De crassa illud è sacris lit-
Prou. 7. 21. teris est: *Irretiuit eum* (crassè igno-
rantem) *mulier ornatu meretricio,*
multis sermonibus & blanditiis labio-
rum protraxit eum: Statim eam sequi-
tur quasi bos ductus ad victimam, &
quasi agnus lasciuiens, & ignorans
quid

quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & noscit quod de periculo animæ illius agitur. Iam cùm impius ignorantia vincibili ferè semper laboret, excusatione tamen illius tueri se & defendere nititur. *Ignorans* ô peccator, *ignorabitur*, iuxta D. Paulum. Audies, timeo, suo tempore, cum tui similibus, verùb dum, quo tinnire solent ambæ aures: *nescio vos*, clausamque reperies ianuam cœli.

1. *Cor.* 14. 38.

Matt. 25. 12.

Caput XII.

Transfert nefastus improbitatem suam in prauas voluntatis suæ inclinationes.

PEccator cum impia illa sezabele caput suum ornans, oculosq; stibio propensionum prauæ suæ voluntatis inungens, in sui, scelerumq; suorum defen-

Gen.6.5. Cap.8.21. sionem sic argutatur: *Cuncta cogitatio cordis mei à natura est intenta ad malum omni tempore: sensus mens & cogitatio cordis mei, in malum prona est ab adolescentia mea*; voluntas mea, iustitiæ originalis dono spoliata, ad malum me semper impellit, ad prauum naturali promptitudine oculos perpetuò detorquet, quomodo igitur peccata, quę ex illis sequuntur mihi tribui imputariq; possunt? non possunt; extra omnem culpam me pono, à reprehensione omni liber & immunis esse volo. Verum hæc illum à culpa nõ remouẽt; etenim si prauas ille ad malum propensiones habet, habet & bonas naturæ superinsitas, cur hæ, vtpote, in se, potentiores, illas non superant? cur

Exo.7.12. virga Aaronis virgam magorum non deuorat? Opponat inclinationes inclinationibus, bonas malis;

malis; inclinetur ad factorem su- Esa.17.7.
um, Deum ac Dominum suum, Ps. 118. 36.
& in testimonia eius; inclinetur
ad faciẽdas iustificationes incli-
netur capite, & emittat spiritum
blasphemiæ. Dicat quidem cum
Psalmographo, & flens dicat: Ps.37.7.
Miser factus sum & curuatus sum,
lumbi mei impleti sunt illusionibus,
& non est sanitas in carne mea, &c.
Dicat cum Apostolo: *infœlix ego* Rom.7.24.
homo quis me liberabit de corpore mor-
tis huius? Et: *caro concupiscit aduersus* Gal.5.17.
spiritum, & spiritus aduersus car-
nem. Et: *velle mihi adiacet, perfi-* Rom.7.18.
cere autem non inuenio. Et: *non*
quod volo bonum hoc facio, sed quod
odi malum, & illud facio: simul ta-
men cum eo etiam dicat: *Quis* Rom.8.35.
nos separabit à charitate Christi? tri-
bulatio, an angustia? an fames, an
nuditas? an periculum? an persecu-
tio? an gladius, &c. Non de-
spondeat animum peccator, fa-

uente gratia Dei, quæ præsto
Psal. 17. 30. semper adest, potest cum Dauide transgredi murum, cum Paulo facere omnia in eo qui ipsum confortat. Cum innumeris aliis, qui inclinatione, prauas in ordinem redigere, pedibusque proterere potuerunt, potest & ipse;
Es. 59. 1. *non enim abbreuiata est manus eius*; qui illos iuuit, idem iam est Dominus, *diues in omnes*: Inclinatus
Matt. 14. 31. est malè peccator, benè erga eũ inclinatus est Dominus: *Quare timidus es modicæ fidei?* Sola malitia illum excœcat, præcipitemque
Luc. 13. 11. agit. Mulier illa inclinata, quæ non poterat sursum respicere à Christo sanata est. Canes feris inhiant, retrahuntur tamẽ. Equi quouis stabulo viso diuertere volunt, & pergere progredique coguntur, immanes bestiæ ferocesque beluæ cicurantur, & peccator ratione præditus propensioni-

sionibus suis malis imperare nõ potest? Quid? habenas né naturæ suæ ad malum pronæ perpetuò né laxabit? vim nullam sibi inferet? nimis mollis ac delicatus est; profecto si ita ire pergat, regnũ cœlorum, *quod vim patitur, & violenti illud rapiunt* alij, nunquam ille consequetur. Sed cur, inquit peccator, Deus tam prauas inclinationes homini indidit? Nõ indidit, *rectum eum fecit ab initio, ipse autem se quæstionibus infinitis miscuit*, iustitiamque primæuam perdidit, & culpa quidem sua, sibi ergo imputet jacturam eam; intriuit, exedat oportet; etsi cõtra malum bonum quoq; sit, remedium scilicet, quo vti potest, & verò vti quoque debet, si salutem consequi velit. Nemo lædi-tur nisi à se ipso, *perditio tua, ex Deo autem tantummodo auxilium tuum.*

Matt. 11. 12.

Eccl. 7. 30.

Os. 13. 9.

CAPVT XIII.

Improbus peccata sua vitiosis habitibus, prauisq; consuetudinibus tribuit.

VEtus est: Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Cùm improbitatẽ suam homo impius in habit' cõsuetudinesq; praua reijcit sicq; se excusare, conatur, turpiter se accusat, lutumq; luto purgat. Vnde enim quæso habitus illi vitiosi? vnde consuetudines illę praua peccãdi? nonne ab ipsomet impio? ipsarum omnino ille author est, frequentatis videlicet iteratisq; malis actionibus. Sed rationem qua ille sine ratione nititur videamus: Habitus vitiosi, & cõsuetudines meæ praua mole sua me premunt, rectéq; & cum virtute vt agam nõ sinunt, peccatumq; adeo peccato addũt, & grauiori alio & alio perpetuo cumulant.

Æti-

Æthiops sum, pellem mutare nõ possum; cum Pardo varietates meas abijcere nequeo; qui malum didici, benefacere quomodo possum? Adolescens ingressus sum viam (iniquitatis) consenescens iam non possum ab ea recedere; peccata mea stylo ferreo, in vngue adamantino exarata sunt, super latitudinem cordis mei. Ossa mea impleta sunt vitijs adolescẽtiæ meæ, mecum in puluere dormient. Consuetudo est altera natura, vt naturam, ita consuetudinem prauam exvere non possum. Existimo verè illum, quicunque ille fuerit, dixisse:

Hier. 13 23.

Prou. 22.6.

Hier. 17.1.

Iob. 20.11.

Consuetudo mali tenet incurabile vulnus.

Et: *Mens assueta malo firmius hæret ei.*

Vt video, peccator sibi præsens non est; ad Anticyras cito pede,

elleboro opus habet. Fruſtra.n, eſt, nunquamq; efficiet habitus prauos vitioſaſq; cõſuetudines ſuas peccatorũ ſuorũ per ſe cauſſam eſſe. Quod ſi illis ad peccandum incitatur, illis reſiſtat, contrarijſq; actionibus, quẽadmodum abſolutê poteſt, eas expellat. Contrariorum eadẽ eſſe ſolet ratio; ſi conſuetudinem malam, habitumque vitioſum vitiosè contraxit, conſuetudine bona, habituque laudabili deuincat, profliget; clauum clauo pellat. Vt hoc faciat, eum Deus hortatur, & manum ad prælium docet his Prophetæ verbis: *Bonas facite* Hier. 7.3. *vias veſtras, & ſtudia veſtra.* Et per Rom. 6.19. Apoſtolum: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Si viribus omnibus ſeruiuit conſuetudini praua,

uæ, seruiat & bonæ; si magno labore & malo conquisiuit habitus vitiosos, nõ minore, sed maiore etiam, bonos comparet; neque enim fas est seruum peccato rectiùs inseruire, quã liberum Domino bono. Audiat illud Prophetæ: *Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterũ conuertentes requiretis eum.* Baruc. c. 4. 28. *Si peccasti*, ait sapiens, *non adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Eccli. 21. 1. *Quod impossibile est apud homines, possibile est Deo.* Si Dæmon malus in abyssum consuetudinis prauæ illum potuit detrudere, non poterit Deus bonus inde eũ extrahere? Plurimi sanctorum graui cõsuetudinis malæ iugo pressi, diuino gratiæ beneficio, quod impio paratũ promptumq; quoq; est, releuati liberatiq; fuerunt. Audiat D. Augustinum peccator: *Velle* Mar. 10. 27.

meum tenebat inimicus, & inde mihi catenã fecerat, & constrinxit me: quippe ex voluntate peruersa facta est libido, dum seruitur libidini facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas, quibus quasi ansulis sibi innexis tenebat me obstrictum dura seruitus. Sed addit: Luctatus sum cõtra consuetudinẽ meam (quam scilicet ante baptismũ habuerat iurandi) & mihi nihil facilius est, quàm nõ iurare. Adluctam eãdem recurrat impius, & hunc clamorem: Domine vim patior, respõde pro me, & adiuua infirmitatem meam.

Hom. de Decoll.

Esa. 38. 14.

CAPVT XIV.

In sensus, vt causas, confert peccator culpam.

NOn sensus, sed tu peccator ipse, quia eos accuratè non custodis, criminum tuorũ causa existis. Custodia illa in eo posita

sita est, vt homo impius maturè pactum hoc ineat secum, certoque constituat, non quidem vt nihil omnino ad sensus, sed ne saltē per eos quidquā admittat ad animum, quod illi peccatum mortemque afferre possit. Idq; tam firmum fixumq; in animo illius esse debet, quàm graue ei est, á Deo separatum Diabolo tradi. Et qnando id difficile admodum est, mortificationis leges illis seueras figere debet, ne diffracto rationis imperio, liberè, in solenterque euagari, & ad quæuis haurienda effundi possint; *supernatātem aliàs illi animam*, vt Basilius loquitur, *agitabunt, & ad vitia quæuis pertrahēt.* Ac quamuis vniuersalis illa & prima iactura sensus omnes infecerit, maximè tamen in interioribus, imaginandi vim, quæ otium & tranquillitatem omnem perturbat,

Lib. 4. de Vera Virg.

bat, & in exterioribus oculum,
Prou. 7. 23. qui iecur hominis sagittis suis
transfigit, maiore proinde & accurratiore studio illi, quam alij,
coercendi & in officio continendi sunt, ne magno hominis
damno, antemurale, & murus
pariter diffipetur, & homo,
Is. 26. 1. quod Propheta ait, *suas in terra*
defigat portas, vectesque perdat &
Thr. 2. 9. *conterat.* Vnde & Dominus de
oculis loquens semel iterumq;
Mat. 5. 29. dixit: *Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum, & proijce abste; expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus mittatur in gehennam.* Au-
Eccl. 28. 29. res tamen spinis etiam sepiendæ sunt, earumque insolentia reprimenda; Freno etiam mortificationis seuerè coerceri debet gustus, & ad normam parsimoniæ reducendus, vt non quæ voluptas, sed quæ necessitas

sitas & fragilitas exigit, vsurpentur. Odor creaturarum, ad Dei cognitionem & amorem eleuandus est, vt vitæ, diuinæque perfectionis ipsius fragrantia motus homo, nunquam quietem capiat præ desiderio illius in cœlo perfruendi. Tactus tandem, quia per totum corpus sparsus & diffusus, incautis magnum peccandi periculum affert, hostiumq; incursibus vndique patet, custos ab omni parte solicitus adhibendus est. Porrò vt principio finis respondeat, tu, ô peccator, non sensus tui, quorum habenas non adducis, culpam flagitiorum tuorum sustines, & verò etiam præstabis.

Caput XV.

Improbus passionibus animi, quòd peccet, culpam tribuit.

Sibi

SIbi impius, non passionibus animi, quòd peccet, tribuere debet; licet enim eò illæ intentæ sint, vt hominem, *sub peccatum*, quemadmodum D. Paulus loquitur, *venundent*, miserèque quò volunt, ex se pertrahant, ne id tamẽ effectui dare possint, velis & remis homo laborare debet. An enim in re tam graui, salutemque sempiternam concernente otiabitur? turpi otio languebit? se pessundari feret? in pernitiem rapi? Non faciet profecto, homo si esse velit, sed præsidio Dei firmatus, *iugum oneris, & virgam humeri, & sceptrum exactoris superabit*; Ismaelem ferum cum Isaac ludentem eijciet, Gabaonitas lignis ferendis damnabit, bouem & asinum ad præsepe alligabit, affectiones indomitas, ne impetu suo ruant, coercebit & comprimet, Hic enim

Ad Rom. 7.14.

Es. 9. 4. Gen. 21 9. Ios. 9. 27.

eius

eius est puluis, hoc stadium. Id indicat, & verò iubet Deus his verbis: *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*, quasi diceret appetitus peccati immanis & barbarus, impotentibus desideriis, granibusq; perturbationib. vult in te dominari solus, nō admissio imperij consorte, non sis tam amens vt te illi subijcias. Et his per sapientē: *post concupiscentias tuas non eas*. Ad idem sanctorum quoq; exempla plurima incitant, vtilitates innumeræ inuitant, damna impellunt, pericula cogunt; eis enim in ordinem redactis, vna in homine dominabitur, quę dominari debet ratio, nulli metus eum terrebunt, nullæ ægritudines exedent, nullæ libidines incitabunt, sed omnia in officio erunt, suumq; munus rectè obibunt; *Sedebit homo in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię*

Gen. 4. 7.

Eccl. 18. 30.

Es. 32. 18.

cia, in requie opulenta: fœlix erit & beatus. Sed quomodo hydram Lernæam, passiones scilicet feras, expugnabit homo? quomodo æstus illos sedabit? quomodo brutas affectiones domabit? Domabit eas si corpus primùm suum, in quo appetitus sentiens, cũ incitationibus suis (quæ hominem, vt rugientes leones Danielem circundant) sedem habent & domicilium, variis mortificationũ afflictationumque generibus debilitet; si superiorem partem animæ interno spiritus ardore, per meditationes & orationes incendat & inflammet; si vigilantem apponat custodiam ad portas sensuum, ne *creaturæ in odium Dei factæ, & in tentationem animabus hominum & in muscipulã insipientium*, intrent, detrimentumq;, quod solent afferant. Nutrimentis hus

Sap. 14. 11.

abla-

ablatis, vigor earum omnis pariter euaneſcet: poſitis verò illis, ratione pulſa, hominem exuent, & beſtiarum more, turbidis animi motibus, vt aculeis quibuſdam, vel furijs potius, agitabunt, agitatus homo rabidè omnia appetet, in explebili cupiditate, voluptates vndiq; hauriet, & leuitate tandem elatus, & inani lætitia exultans, temereque geſtiens, non homo, ſed beſtia erit, pueriliq; leuitate indomitum equum referet, nugis & leuitatibus ſimiam benè veſtitam, ſimplicitate muſtelam, calliditate felem, ruſticitate bouem, ira canem, verborum mordacitate veſpam, detractione viperam, turpitudine porcũ, voracitate vrſum, acedia aſinum.

Ca-

CAPVT XVI.

Sceleribus contaminatus, in sui defectionem, carnis voluptatem, obligatis oculis obtendit.

QVo argumento? Voluptas carnis mecum nata, dulcis & suauis est; numquid iam cum vite dulcedine deserere possum, fructusq; suauissimos? Si deserere non possum, neque ergo quæ inde sequuntur peccata? Prò Deum immortalem, tubicinem inferni audio: Itane carnis voluptas, venenato Diaboli flatu, animum affecit tuum, vt tibi non aliter illa, quàm Mithridati venenum, sit cibus, quo sine viuere non possis? Sus es in voluptabro luti, scarabæus in stercore. Ac cùm genus sis Dei, stabuli curam geris, porcumq; pascis. Euigila quæso, peccator, & cum animo

Iud. 9. 11.

animo tuo cogita, *carnis curam non esse faciendam in desiderijs; eum deinde qui seminat in carne sua, de carne metere etiam corruptionẽ; eum tandem, qui secundùm carnem vixit mori, regnumque Dei non consequi.* Mente agita vitã carnis voluptuariam, vitiorum omnium lenam esse, viam latam, viam spatiosam, viam perditionis. Cogitatione complectere carnem tuam alteram esse Euam, quæ Adamum (animum) perdit, Agar ancillam, quæ in filio Ismaele ludit cũ Isaac Saræ Dominæ filio, & ab illa ejicitur, Putipharis vxorem, Iosephum ad intemperantiã excitantem, Iahel Sisaram ducem, per caput clauo adacto, interficientem, Dalilam in sinu quidem Samsonem fouentem, hostibus tamen Philistæis tradentem, puellam saltatricem, caput Ioannis

Rom. 13. 14. *Gal.* 6. 8. *Rom.* 8. 8. *Gal.* 5. 21.

Baptistæ petentem, ancillam ſtiariam Petrum ad negationem

Pſ. 34. 2. inducentem. *Apprehende* ergo ſi cor habes, ſi tecum es, ſi ſalutem amas, *arma & ſcutum*, ieiunijs carnem extenua, vigilijs conſume, cæteraque vitæ auſteritate confice, attere, macera; *Hier.* 48. 10 *maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine*; ſic enim fiet ne laſciuiens in peccata defluat, & vt tu cum ea exultare aliquando poſſis in Deum viuum, cœleſtibuſque gaudijs ac voluptatibus perfrui. Et quando voluptas carnis duplex eſt vna minùs, magis altera inhoneſta, de vtriſque in ſpecie tractandum videtur.

CAPVT

CAPVT XVII.

Homo improbus voluptatẽ carnis, quæ proprij corporis cõseruationi seruit, patronam sibi suorumq; flagitiorũ asciscit.

QVæ ad proprij corporis cõseruationẽ faciunt, cibus & potus, explurimis, principẽ locũ obtinent, de quib. proinde solis etiã in præsens agere visũ est. Cibi & potus sumptio, quam recta ratio præscribit, in vitio nõ ponitur, sed bona, & laudabilis, & ad vitã sanitatemq; tuendã, per quã homini necessaria est; *Nemo eum vnquam*, vt Paulus ait, *carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.* Dicitur etiã à sapiẽte: *Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum, & domus protegẽs turpitudinem.* Eorũ verò vsus, cõtra rationis dictamẽ susceptus, malus, vituperabilis & pnitiosus est.

Ad Eph. 5.29.

Eccli. 29. 28.

Rom. 13 14. Vtrumq; significat D. Paulus h
verbis: *Carnis curam ne feceritis*
desideryis; priorib. enim vsum n
cessarium probat, posterioribus
excessum damnat, vt ait in hunc
locũ D-Chrysostomus; non nul
la enim cura & prouidentia co
poris proprij habenda est, nõ ta
men ita, vt ipsius cupiditatibus
seruiatur: quod egregiè explicat
Gregorius Magnus, tractans illu
locum Iob: *Clamorẽ exactoris nõ au*
dit, quæ inquit, *fieri in desiderio pro*
bentur, in necessitate cõceduntur. Iam
impius (cui Apitius sanctorum
suprem° est) cũ Philoxene grui
collum desiderãs, lautasq; cul
nas sectãs, ad mulsum, ad elabo
ratas carnes, ad iura Apitij & Pa
xami aspirat, murænas ex freto
Siculo. Mæandri anguillas, &q
in Melo sunt hœdos desiderat
in vino commoratur, & calicibus
epotandis studet: Verbo: bestiarum

Lib. 30. mor. c. 14. c. 39. 7.

Prou. 23. 30.

instar vi
& sangu
lenta pra
ligat in h
sostomo
naufragi
asserit, ca
rituale de
liat. Inte
reddit o
vt persp
vitiorũ
scilicet l
magnum
tiæ, mult
sus circa
ea, illa,
noso bu
lutentur
potentia
sensus, vt
petitum p
tollit, corp
patri væ?

instar viuit, sentit solam carnem & sanguinem, poculēta, & esculenta prætereaq; nihil. Sed intelligat in hac vita sua molli, Chrysostomo authore, multa inesse naufragia; *animam enim*, vt idem asserit, *carnalem reddit, cibum ei spirituālē detrahit, & gratia diuina spoliat.* Intellectū cæcat, ingenium reddit obtusum & crassum, nihil vt perspicere possit. Voluntatē vitiorū hospitium facit, ineptæ scilicet lętitiæ, iuxta Gregorium magnum, scurrilitatis, immūditiæ, multiloquij, hebetudinis sēsus circa intelligentiam; sic vt in ea, illa, haud secus quàm in cœnoso bufonū stagno densè volutentur. Memoriā adimit Dei, potentiam executricē eneruat, *sensus*, vt D. Ambros. ait, *rapit, appetitum prosternit, cibi condimentum tollit, corpus cōficit, cui enim væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine*

Hom. 56. in Mat.

Hom 44. in Ioan.

Lib. 31. moral. c. 31.

Os. 13. 6. De Cain & Abel. l. 1. c. 5.

cauſſa vulnera? cui ſuffoſsio oculor
nonne his qui commorantur in vi
Prou. 23. 30. *& ſtudent calicibus epotandis? qu*
arctatur? quis æſtuat? in quem
Iob. 20. 22. omnis doctor irruit? in eum qu
ſatiatus eſt; carni aduerſus ſpiri-
tum, adeoq; Diabolo, arma pre-
bet, eamq; libidine accendit, eam
Lib. 2. con. Iouin. *videlicet ſeminariũ*, vt D. Hieron.
inquit, *cor grauat*, quemadmodũ
Lu. 21. 34. Dominꝰ loquitur apud Lucam;
Phil. 3. 19. *ventrem Deum facit, ſomnum auſert*,
Eccl. 31. 11. vt Eccleſiaſticus habet, homi-
nemq; non ſinit dormire. Vita
priuat; ſic enim ait Ambroſius
loco citato: *Plurimos gula occidit,*
nullũ frugalitas; innumeris vina no-
cuerunt, nulli parſimonia: Plerique in-
ter epulas fudere animas, & menſa
proprio repleuere ſanguine. Mors eſt in
olla intemperantiæ: *Sorbet*, vt in-
De pœnit. quit D. Auguſt. *vinũ impius, & ab*
illo abſorbetur. Mortis terminꝰ q
Ad Rom. 14. 17. *Regnum cœlorũ non eſt eſca & potus,*
ſed iuſtitia & pax, & gaudiũ in ſpi-

ritu sancto. Quis exitus? infernus, cum diuite epulone sine exitu. Iune? Audi impie D. Ambros. loco supra allegato: Audi, inquã quos Christus cœlo excludat, inferno autem includat. *Cum intrauerit*, inquit, *paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostiũ dicentes: aperi nobis, & respondens dicit: Nescio vos vnde estis, recedite à me operarij iniquitatis. Tunc incipietis dicere: manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vnde estis.* Audistis quid de manducantibus dixerit? Malè scilicet & intemperanter mãducantib.

Caput XVIII.

Voluptatem carnis, quæ aliorum corporum propagationi seruit, facit peccator suam aduocatam.

NE illecebræ hæ carnis suos aliquando egrediantur ter-

minos, impius vel nullam, ve
dubiam esse existimat medicinã
primùm ob procliuẽ naturæ in
hoc malum inclinationẽ, ob oc-
casionum deinde frequentẽ nu-
merum, ob eius item obiectorũ
sensum vehementiorẽ, ob por-
tarum præterea patularum mul-
titudinem, per quas ad cor patet
illarum transitus, tandẽ ob ani-
mæ excœcationem, in conside-
rationem, præcipitationem, in
constantiã, amorẽ propriũ &c.
Sed falsò & impiè omnino; eius
enim mali & plurima, & effica-
cia, explorataq; sunt media & re-
media, præseruatiua, curatiua &
conseruatiua, quæ non incõmo-
dè, vt mea fert sententia, ad duo
capita reuocari possunt, auxiliũ,
scilicet diuinũ, & cooperationẽ
nostram. Illud, vt alia omnia, à
Deo precibus obtineri debet.
Sap. 8. 21. *Sciui*: ait Salomon, *quoniam aliter*

non

non possem esse continens, nisi Deus det, & idcirco adij Dominũ, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis &c. Idẽ factitauit D. Augustinus, cum ardens totus perfectissimæ castitatis desideria, in hæc verba prorupit: *Tota spes mea non nisi in magna valde misericordia tua: Da quod iubes, & iube quod vis: imperas nobis continentiam, per quam colligimur, & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus; minùs enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. O amor, qui semper ardes, & nunq̃ extingueris; charitas Deus meus, accende me; continentiã iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* Cooperatio nostra duobus cõtinetur, fuga & pugna. Ad fugam lubricitatis, ceu remediũ certissimũ hortatur Apostolus his verbis: *Fugite fornicationem*: de qua etiã Origenes sic loquitur: *Et tu ergo non illam solã persecutionem*

Lib. 10. Confes. 25.

Hom. 7. in Gen.

putes, quando furore gentiliũ ad immolandũ idolis cogeris: sed si forte voluptas carnis illiciat, si tibi libidinis illudat illecebra; hæc, si virtutis es filius, tanquã persecutionem maximã fuge. Hostis, quod ego addo, ob fœditatem & turpitudinẽ tuam congressu omnino indignus est. Imi-
Iosue. 1. tandi sunt Gedeonis milites, qui receptui canentes suos fugarunt aduersarios. & Tartari, qui fugiendo vincunt: De quibus illud:

Qua specie Martis, venit victoria Parthis,
Hac Venerem fugias, quam fuga sola fugat.

Minùs porrò mali subest, si dicatur: hoc loco pedem retulit; quàm hoc loco cæsus est: glorioſum est hoc vitiũ fugere, fuga fortitudo est, victoria est. Fugienda verò ea omnia sunt, quę vel cogitationem turpitudinis inijcere possunt, fœminarum præci-

puè

puè familiaritas ac consortium; maledicti enim sunt montes (vbera) Gelboë, vbi ceciderunt fortes Israel; aspectus deinde rerum turpium; tactus itē propriæ etiam carnis. O necessitatē durā, qua cogimur vitā fouere & conseruare per mortis ministros; excessus insuper in cibo & potu; prodit enim ex adipe iniquitas, gulaq; lignorum strues est, qua libido inflammatur: Luxuriat ratiò, nō benè pasta caro. Otium & inertia fœcunda malorum seges; etenim.

Fertilis assiduo, si nō renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramē habebit ager.

Lectio librorum turpium virtutis neruos elidens, loca inhonesta, cōuiuia, hilaritates, acroamata, mundana spectacula, cōsortia tādem hominū periculosa; Duob⁹ autē maximè modis hoc periculū existit, aut exēplo, aut verbis.

Vis exemplorum malorum magna est, sed maior verborum est;
1.cor.15.33. *corrumpunt enim*, vt D. Paulus ait, *mores bonos colloquia praua*; sæpeq; quô animũ constantem oculi,& aliæ illecebræ pellicere non potuerunt,eũ oratio impellit. Porrò ita res ferre potest, vt nõ satis sit ad victoriã fugere, nisi etiam ferias, id est, vt actionẽ aliquam virtutis exerceas, quod tum maximè faciendum, cùm periculũ est, ne animus dulcitudine illectus inclinet, & assensum præbeat. Actio eiusmodi in eo primùm cõsistit, vt portę animi bonis cogitationib. sanctisq; desiderijs occludãtur, sublataq; voce clametur, procul, procul, occupat° est diuersorij locus. Certè enim qui potestatẽ subeũdæ dom° inimico facit, periclitatur ne plus damni quàm lucri reportet, eô quòd proditrix nostra caro

mox

mox se cum hoste cõiũgat. Itaq; non expectandũ, dum ingressus opprimatur, sed abipso etiã prohibendus est ingressu. Deinde vt libri spiritales legantur, quod D. Augustinus cœlesti hac voce: *Tolle, lege*, iussus est facere; cui obtemperans in hæc verba incidit: *non incubilibus, & impudicitiis, sed induimini Dominum* IESVM *Christum, & carnis curam ne feceritis.* Quæ lectio tantum potuit, vt statim in lachrymas solutus cõstituerit omni relicta impuritate, continentiam suam Deo consecrare. Meditatio etiam prodest, non fœditatum & spurcitiarum obiecti vitiosi, sed damnorum & præmiorum, vel libidinis, vel castitatis. Ad libidinis etiam vim opprimendam valet confessionis, & sacrosanctæ Eucharistiæ vsus; est enim frumentum electorum, & vinum germi-

Rom. 13. 13.

minans virgines. Mortificatio tandem cùm primis facit ad restinguenda Ætnæ incendia, eaq; tam interna, quàm externa. Prior non accipit, vel acceptas cogitationes turpes statim ex animo reijcit. Posterior assumit ea omnia quæ corpus affligunt, vexant & spiritui subijciunt, cuiusmodi sunt cilicia, disciplinæ, humi cubationes, ieiunia, vigiliæ, positiones acerbæ, cibi insuaues, frigoris incommoda &c. Medius his celerrimè vtendũ est, resistẽdumq; adeo primis insultib⁹ intemperantiæ, ne in aridum fœnũ carnis extrinsecum aliquod inferatur incendiũ. Qui id per socordiam facere negligit, hostiq; repente se non obiicit, certũ sciat non futura sibi in hac pugna, q̃ ille ait, Salmacida spolia sine sanguine & sudore. Nõ habet igitur impius causſam vllam cur

huic

huic illecebri carnis peccata sua tribuat, plures ve ò cur in se culpam omnẽ illorum conferat; in illis eam, quòd ei, carnis, vtpote mancipio, ad turpes delitias adhæresceré, & vt iumẽtum in stercore suo computrescere libeat.

Caput XIX.

Peccator mundum suorum scelerum patronum constituit.

A Carne, hominis hoste infestissimo, gradũ impius facit ad mundũ, superiore non minus grauem & infestum, ab eoque suorum flagitorum patrocinium expectat, grauissimæ omnino authoritatis, quam omnes plurimi scilicet facere debeant. Magno omnino esse numero ostendit D. Ioannes his verbis: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; si quis diligit mundum, non est charitas Patris* 1. Io. 2. 15.

in

Cap. 4. *in eo.* Et D. Iacobus: *Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? quicunque ergò volu-*
11.6. *erit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur.* Idem Ioannes eodemque loco hæc habet: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Terna scilicet retia, vt ait Platus noster, quibus ille callidus animarum venator ita insectatur hominem, vt si vnum effugerit, incidat in alterum; tria telorum genera, quæ in genus humanum vibrat; tres machinæ, quibus tota Christianæ vitæ fundamenta quatit ac labefactat. Christus ipse apud Ioannem de eo sic loquitur: *non pro mundo rogo,* vt pote excommunicato. Eum etiam D. Ioannes dicit *spiritum veritatis non posse accipere, nequam scilicet, vt eum Apostolus appellat;* & juxta D. Ioannem,

Lib. 1. de bono st. Rel. c. 6.

Io. 17. 9.

Cap. 14. 17.

Gal. 1. 4.

1. Ep. 5. 19.

totum

tum *in maligno positum* vitiis nimirum & corruptelis ita plenũ, ita perditum, ita deprauatum, vt nulla in eo pars sana & integra existat. Eum *Satanæ sedem etiam* vocat. Eundem Propheta sic describit: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra; maledictum, & mendacium, & homicidiũ, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Quanti eum Orthodoxi patres fecerint, ex eorum verbis apparebit. Ambrosius: *Quid vis discere à mundo? perditionem, quam ipse sequitur? Castitatem? hanc non habet; Christum? in illo non est; doctrinam? ignarus est; ieunium? odit illud; verecundiam? ab se proiecit eam; sinceram mentem? duplicis est cordis.* B. Augustinus: *In mundo plena sunt omnia periculis, plena laqueis, incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur lucra*

Apoc. 2. 13.
Os. 4. 2.

Ad Virg. deuotam.

Sabb. post. Dom. 50. Ser. 2.

cra, damna deterrent, amaræ sunt ob-
loquentium linguæ, nec semper vera-
cia sunt ora laudantium. Inde sæuit
odium; hinc decipit mendax officium,
vt facilius sit vitare discordem, quàm
declinare fallacem. Et: O munde im-
munde, qui homines illaqueare non
desinis, quiescere non permittis, rapere
omnes appetis, occidere omnes quæris:
væ qui tibi credit, beatus qui tibi resi-
stit, sed beatior, qui à te illæsus recedit.
O munde proditor, bona cuncta promit-
tis, sed cuncta malè profers, promittis
fidem, sed donas mortē, promittis gau-
dium, sed largiris mœrorem, promittis
quietem, sed ecce turbatio, promittis flo-
rem, sed citò vanescit, promittis stare,
sed citò recedis, &c. D. Bernardus:
In mundo inquit, periclitatur castitas
in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas
in negotijs, veritas in multiloquio, ca-
ritas in sæculo nequam: Fugite de
medio Babylonis, fugite, & saluate a-
nias vestras. Plenus est laqueis, vt D.

Serm. 31. ad frat. in eremo.

De cōuer. ad Cler. c. 39.

Anto-

Antonius aliquando vidit, obumbratis modò lucri, modò voluptatis esca, modò alterius commodi, quoniam *omni exparte voragines, & foueæ, & pericula instant,* vtait Chrysostom°; *processit quispiam in forũ, vidit inimicum, exarsit ex solo aspectu; vidit amicũ honoratũ, inuidit; vidit pauperẽ, contempsit; divitem, & inuidit; vidit quempiam infestantem, & indignatus est; vidit speciosam mulierem, & captus est, &c.* Claudo; miseriis enim eius omnibus recensendis, tam grandi volumine opus esset, quàm ipse mundus existit. Præclarum igitur, peccator, tibi patronũ ascivisti: qualis ipse est; tale illius patrociniũ est, nullũ scilicet, sicque adhuc in luto fœcis miser inhæres, & in dorso cancri subsistis. *Hom. 15. ad pop.*

Caput XX.

Homo sceleratus parentes suos sui defensores facit.

Egi-

EGimus de irrito patrocinio mundi, eorum scilicet, qui cœlestium rerum cogitationis abiecta, rebus præsentibus immersi terræque infixi sunt, sequitur vt in specie aliquorum impij hominis defensorum patrocinium cuiusmodi sit, videamus. Quod ad parentes pertinet, sic impius argumentatur: parentes præcipiunt mihi vt id faciam, quod cum diuina voluntate pugnat, id igitur mihi faciendum est, eisque adeo obediendum. Futilis est hæc consequentia; ac cùm eam his Apostoli verbis probat: *Filij obedite parentibus vestris*, falsi crimen admittit; omittit enim illud (*in Domino*) quo indicat, & verò declarat filios debere obedire parentibus, in Domino scilicet, cùm eorum voluntas conspirat cum diuina; secus cùm ab ea discordat. *Cùm pa-*

Eph. 6. 1.

ternum

tmum enim ius in liberos, authore Plato noſtro, *nihil vt aliud quàm participatio quædam eius authoritatis, quæ eſt in Deo, à quo*, vt ait Paulus, *eſt omnis paternitas, ex eo ſit, vt vicaria tantùm & delegata poteſtate nitatur. Quare ſi ita accidat, vt aliud Deus, aliud parentes præcipiant, vt in caſu hoc noſtro præcipiunt, cui dubium ſit, quin tum ceſſet patria iurisdictio, quoniam eius voluntati repugnat, à quo ea accepta eſt?* Idem enim eſt, ac ſi rex familiæ ſuæ, vel vrbi quempiam ſuo nomine præfecerit, ac deinde aliquid præfectus iſte imperet, rex autem contrarium; qui enim illi pareat, hic in regem contumax, & periurus habeatur. Certum igitur fixumque eſſe debet, illud omne, quod à Deo diſtrahit & auocat, à Dæmone proficiſci, adeoque ab homine nullo modo fieri debere; cuiuſmodi eſt, peccatum admittere,

Lib. 3. de bono ſtatu Relig. c. 34.

Eph. 3

tere, quod parentes impiè face
Deut. 33. 9. iubent. Confirmatur & illud ec
quod à Moyse dictum est: Q
dixerit patri suo, & matri suæ: nesc
vos; & fratribus suis, ignoro vos, & ne
scierunt filios suos, hi custodierunt elo
quiũ tuũ, & pactũ tuũ, & seruaue
runt iudicia tua. Eo deinde, quod
Dominus ipsemet dixit in hæc
Matt. 10. 37. verba: *Qui amat patrem aut matrẽ,*
plusquam me, non est me dignus. Quę
Serm. 20. in Cant. sic interpretatur S. Bernardus,
vt plus propinquos diligere,
quàm Christum, sit, propinquo-
rum respectu, non implere, quæ
Christus in carne manẽs, verbo,
& exemplo docuit. Verbo, cùm
Luc. 14. 26. dixit: *Si quis venit ad me, & non odit*
patrem suum, & matrem, & vxorẽ,
& filios, & fratres, & sorores, adhuc
autem & animam suam, non potest
meus esse discipulus. Exemplo;
patris enim sui cœlestis, quàm
parentum suorum carnalium
impe-

imperio magis paruit, cùm illis domum redeuntibus, ipse in templo mansit, & dixit: *oportebat me in ijs, quæ Patris mei sunt, esse.* *Luc. 2. 49.*

Eius sententiæ sancti Patres accedunt: S. Ambrosius sic scribit: *Amandi sunt parentes, sed magis parentum author Deus.* *Serm. 15.* D. Augustinus: *manifestum est*, inquit, *honorem parentum in gradu suo esse seruandum, contemnendos autem, si in diuino amore impedimento sint.* *Lib. con. Adim. c. 6.* D. Hieronymus: *Honora patrem tuum, sed si te à vero patre non separat.* *Ep. 10. ad Fur.* *Et licet passo crine, & scissis vestibus, ubera quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, percalcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola.* *Epist. ad Heliod.* Chrysostomus, *Cùm spiritalia impediunt parentes, ne cognoscendi quidem sunt.* *Hom. 48.* Climachus: *Melius est contristare parentes, quàm Dominum* IESVM; *hic enim nos creauit & saluauit, illi sæpe* *Gradu. 3.*

sæpe suos amando perdiderunt. Ta
parum certè à parentibus, vt Dei resp
Eli nihil sit; pœnam ergò magnam m
retur, qui mortalem immortali, ten
bras luci, lutum cœlo præponit. Cad
igitur causſa impius, cadunt &
parentes; ille, quia parentibus
contra Dei præceptum obedi
hi quia id ab illo, quasi jure suo,
impio tamen, exigunt.

CAPVT XXI.

Adoptat peccator Dominum, suorum scelerum patronum.

RAtionem huius non video ego, videt verò peccator, vtpote me oculatior. Quam? Dominus mihi præcipit, vt id faciam quod cum peccato coniunctum est. Quid tum? jubeat licet, illi ne propterea obediendum est? Obediendum est, inquit; Ita enim iubet D. Petrus, cùm sic ait: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi*

1. *Pet.* 2. 13.

gi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorum, quia sic est voluntas Dei, &c. Ita præcipit quoq; D. Paulus *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; nõ est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit, Dei ordinationi resistit, qui autẽ resistũt ipsi sibi damnationẽ aquirunt.* Et alibi hortatur seruos *vt obediant dominis carnalibus, non modo ad oculum*, id est, exteriori opere, *sed ex animo & libenter*, vt ij, qui intelligant se Dei voluntatem facere. Obediendum fateor, non tamen absolutè, & in omnibus omnino casibus, sed tunc tantũ, cùm quod illi præcipiunt, nõ est contra præceptum diuinum, vel alicuius superioris præcellentioris, vel eiusmodi quoq; non est, quod excedat limites potestatis & authoritatis superioris in subditum.

Rom. 13. 1.

Ad Eph. 6.

ditum. Ratio duorum prior
est; in iis enim solis ius habet
perior imperãdi, ergo & in iis
lis quoq; subditus tenetur ei p
rere, De secũdo sic habet D. Aug
Ser. de Ver. domini. *si quid iusserit curator, nunquid est ti
bi faciendũ, si contra proconsulem iu
beat. Rursum, si quid proconsul iubeat
& aliud Imperator, nũquid dubitatur
hoc contempto illi esse seruiendum; ergo
si aliud Imperator, aliud Deus iubeat
contempto illo obtemperandum est Deo.*
3. de benef. c. 20. De tertio illud est Senecæ: *Errat
si quis existimat seruitutem in totum
hominem descendere; pars enim me
lior est excepta, corpora obnoxia sunt
& adscripta Dominis, mens est sui
iuris.* Ad primum redeundo;
cùm Dominus præcipit id quod
repugnat diuinæ voluntati,
contemnendus est, vt D. Augu
Refertur 11. q. 3. per multa c. stinus ait in hæc verba: *Contem
potestatem timendo potestatem, una
minatur carcerem, altera gehennam.*

Et

Etsi dicat impius *obediendum etiam dyscolis* præcipiente D. Petro; obediendum est illis, ceu impiis, nó tamen in rebus impiis. Quod si talia imperent, standum est regulæ D. Petri: *Oportet magis obedire Deo quàm hominibus*, Domino scilicet spiritus potius quã Domino carnis, supremo quã subalterno, cœlesti quàm terreno. Obstetrices Ægypti Deo magis paruerunt, quam Pharaonis impio edicto, & sapienter ac rectè. Ministri à Saul instigati, vt Sacerdotũ cruore manus suas polluerẽt, Deum veriti, ei non aquieuerũt, & rectè ac sapienter. Trini adolescentes Hebræi iussi vt statuam venerarentur contra Deum, non paruerunt, & rectè ac sapienter. Ministri à Pharisæis missi, vt in Christum manus extenderent, eum timentes, manus innoxias seruarunt, & rectè ac sapienter.

1. *Pet.* 2. 18.

Act. 5. 29.

Exo. 1. 17.

1. *Reg.* 22.

Dan. 1.

Miles precibus multis à Sau
rogatus, seminecem eum pe
2. *Reg.* 21. mit, & iustas huius sui impij
ctì pœnas dedit. Non habet ergo
homo improbus quo se à culp
eximat, licet, quæ malè facit,
Domino jussus faciat ; *crimen*
enim, vt Iureconsultus ait, *crimen*
non compensatur. At malè mihi
erit, subijcit impius, si mand
tum Domini non exhausero? Se
tin sanus ne es? peius tibi erit
imperata feceris mala ; excide
enim Dei gratia & gloria.

Caput XXII.

Culpam impius in socios malos deriuat.

Malè: cur eos ille non fugi
vt in sacris litteris facer
iubetur? Populo Israel, & in eo,
impio præcipitur, vt à noxia
Exo. 34. 12. miliaritate Amorrhæorum, &
Num. 16. 26. se subtrahat. *Recedite*, ait Moyses

à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involuamini peccatis eorum. Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus &c. cum huiusmodi, ait D. Paulus, nec cibũ sumite. Et: Nolite iugũ ducere cum infidelibus; quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras. Et: Rogamus vos fratres vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Causſam porrò huius fugæ, eædem litteræ diuinæ assignant; ea est, ne in laqueos sociorum incidamus, similesq; eorũ efficiamur. Cùm intraueritis in terrã Chanaan, disperdite, ait Dominus, cunctos habitatores terræ, ne eorũ societas sit vobis in ruinã. Ei tam salutari præcepto non paruerunt, & gentes, vt inquit Propheta regius, nõ disperdiderunt; vnde didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorũ, & factum est illis in scandalũ, & immola-

1. Cor. 5. 11.
2. Cor. 6. 14
2 Thes. 3. 6.
Num. 33. 52.
Psal. 105. 35.

Gen. 6. 2. molauerũt filios, & filias suas dæmo-
is. Filij Seth, filij Dei dicti, quia c
iugia inierunt cum filiab° impi
Cain, & ipsi impij facti sunt. Pro-
3. Reg. 13 24. pheta à Deo in Samariã missus
in itinere à leone interfectus fu-
it, quia cum falso Propheta, con-
tra præceptũ Dei, cibum sump-
Eccli. 3. 1. sit. Et sapiens: *Qui communicauerit*
Eccls. 13. 1. *superbo, induet superbiam.* Et: *qui te-*
tigerit picem, inquinabitur ab ea. Et:
qui iungit se fornicarijs, erit nequam.
Prou. 13. 20 & 22. 24. Et: *Discede ab iniquo, & defici-*
ent à te mala. Et: *Amicus stultorũ si-*
milis efficietur. Et: *noli esse ami-*
cus homini iracundo, neque ambu-
les cum viro furioso, ne forte discas
semitas eius, & sumas scandalum
animæ tuæ. Miraculi loco habe-
tur inter sceleratos Iobum justũ
fuisse, in Niniue Thobiã, Hester
in Susan, Danielem in Babylonia,
Iosephum in Ægypto, Iacob in
Mesopotamia, Isaac inter Gera-
ras, Dauidem in terra Philistæo-

rum. *Rerum natura*, ait D. Chryſoſtomus, *ſic comparata eſt, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur; diuerſitas enim rerum nunquam poteſt habere cõcordiam, & multos ſolicitat ſocietas nefanda.* Iſidorus: *Ante ignem conſiſtens, etiamſi ferreus ſis, aliquando diſſolueris, proximus periculo diu tutus non erit:* per aſſiduitatem citò peccat homo, ſæpe familiaritas implicauit, ſæpe occaſionem dedit, ſæpe quod voluntas non potuit, aſſiduitas ſuperauit. Sed & Philoſophos ex cœca illa antiquitate audiamus, qui cũ ſolo naturæ lumine tam tenui id ipſum cognouerunt. Antiſthenes: *Quod loliũ nocet tritico, hoc ſocius malus bono.* Philemõ: *Cũ viro improbo iter ne facias.* Solõ: *Cũ malis commerciũ nõ habeto.* Epictet°: *inquinatur, qui cũ inquinato agit.* Socrates: *malorũ cõſuetudinẽ*

Sup. Matt.

Lib. 2. ſol.

fugito. Æschylus : *viri improbi mitatum semper fuge* ; sicut en dens malus vicinum malè af cit , pomum corruptum vic num vitiat ; ouis scabiosa ali scabiem affricat ; speculum ci cumstantium flatu inficitur ; im malorum consortio boni in vi tia labuntur. Tutum non est ha bitare agnũ cum lupo. Pecuni coram fure non est periculo va cua. Id animaduertens Psalmo-

Ps. 25. 4. graphus, *non sedit cũ concilio vanita tis, & cũ iniqua gerentibus non introi uit, cum superbo oculo, & insatiabili*

Ps. 100 5. *corde non edit.* Idem cõsiderantes Dei sancti, noxias familiaritates dulcicolaq; consortia fugerunt.

Ps. 1. 3. *Beatus* omnino *vir*, ait Dauid, *qui non abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit.* Quid ad hæc impius? socij mali meam exp tunt amicitiam : amicus illis his, sed ad aram. Me, sequi nolentem

irri-

irrident? irrideãt: irride tu illos, vel deplora magis,& cum Hieremia Propheta *pete aquã capiti tuo, & oculis fontẽ lachrymarũ.* Solitariam cogar vitã viuere? coniunge te bonis,& sanctis,& bonus sanctusq; eris, vacillantes enim hi sustinere solent, lapsantes in via lubrica erigere, aberrantes, reducere, ad bona vrgere,&c. Bonus es vir, bonis te iungito: aues cõcolores simul volant. Et quando consortia malorum periculosa sunt,& propter verba,& propter exempla, de illis separatim aliquid dicendum est.

Caput XXIII.

In colloquia praua culpam conferẽ homo sceleſtus.

Magnas solent edere strages colloquia praua, bonosq; vt D. Paulus ait, corrũpere mores. In ijs turpiloquium, principẽ locũ tenet, cùm aperta, quod ai- 1. Cor. 15. 33

unt, galea, abiectoq; omni pudore, flagitiosissimè nonnulli eo fine loquuntur, ad omnẽ vt turpitudinem alios impellant. Eius generis hoc est apud sapientem. Cap. 2. 6. *Venite fruamur bonis quæ sunt, & nullum pratũ sit, quod non pertranseat luxuria nostra, &c.* Nugamẽta deinde, fabulę, vanitatis, & *stulta*, vt loquitur Apostolus, 2. ad Tim. 2. 23. *ac sine disciplina quæstiones*, cum tẽporis iactura coniunctæ, adulationes, ad vanã gloriam captandam accommodatæ, detractiones in impatiẽtia animũ deijcientes, æstimationes & pretia rerũ, quib⁹ virtus despicitur, vitiũ honoratur, vindicta de inimicis suadetur, cõsilia mala, hortationes impiæ, venenatæ persuasiones, irrisiones falsę, graues contemptus, laudes fallaces, & sexcenta alia de genere eodẽ, quibus multi miserè ac fœdè ab incæpto perfectionis cursu, vir-

tu-

tutumq; ſtudio reuocantur. His adiũgi poſſunt libri tartareis typis excuſi, tum hæretici, tum laſciui & vani, quib° cum lectores diu & pernitiosè colloquuntur. Corruptelis huiuſmodi, peccator, ceu cauſſis ſuorũ flagitiorũ tribuit; ſed malè; habet enĩ media & remedia opportuna, ſi eis vti vellet. In illis optimũ eſt fuga. Ea vs° eſt Pſaltes regius, vt ſequẽtia verba demõſtrant: *Ecce elõgaui fugiens, & manſi in ſolitudine*, id eſt, remoui me ab hominũ cõſuetudine, adeoq; à ventura ira; *qui enim* iuxta Eccleſiaſt. *amat periculũ, in illo peribit. Odiui*, ait idem, *Eccleſiam malignantium, & cum impys non ſedebo.* Non eſt hæc fuga turpis & fœda, qua cum vitiis confligitur, ipſum fugere vincere eſt. Audi Ambroſium: *Non erubeſcamus fugere; glorioſa enim eſt fuga, fugere à facie peccati:* probroſum eſt

Pſ. 54. 8.

c. 3 27.

Pſ. 25. 5.

Cap. 4. *de fug. ſæc.*

inter insidias perpetuò de morte æterna periclitari, si sapit homo. Si vero se amore amat, se hosti subtrahat, salutē & incolumitati tueatur. Deus eius portio sit, sociis se abneget, si Deo seruire gestit. Si fugere non detur, medijs aliis opus erit, clamandum cum

Psal. 11. 1. Dauide: *Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Consilium deinde sapientis sequendum erit,

Deut. 1. 10. quod his verbis continetur. *Fili mi si te lactauerint, ne aquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentē in lacum. Omnē pretiosam substantiā reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Sortē mitte nobiscū, marsupiū vnū sit omnium*

nostrum.

nostrum. *Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum; pedes enim illorum ad malum currũt, & festinant vt effundant sanguinem.* Considerandum & illud Prophetæ: *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Et illud: *Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui autem me iudicat, Dominus est.* Dicendum quoque cum Paulo: *O plene omni fallacia & nequitia, fili Diaboli, non desinis subuertere vias Domini bonas?* Solet te illud, quod impij olim dicent: *Ergo erauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nobis non luxit &c.* Venier tempus, cùm impium iusti ridebunt & dicent: *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, & ipse confundetur*, iuxta illud: *Induantur qui detrahunt mihi pudore, & periantur sicut diploide confusione*

Es 5.20.

1. Cor. 4.3.

Act. 13. 10.

Sap. 5.6.

ps. 51. 9.

ps.108.29. *sua.* Impij verò dicent de iustis *ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est.* Si te, peccator quis ad flagitiũ verbis inuitauerit, cũ D. Agnete dic *discede à me pabulum mortis, fomes*

81.16. *peccati:* vel cum Iob: *consilium impiorum longè sit à me.*

CAPVT XXIV.

Exempla mala non obstant, quôminùs impius peccata vitare possit.

MAgna fateor vis est & potestas in malis exemplis alios ad peccatum impellendi; quienim peccãtes vident, duplici errore implicãtur primùm namq; cernunt quod impossibile factu ipsi putabant, ab alijs, & summa quidẽ facilitate voluptateq; fieri; vnde & ipsi ad idẽ faciendum

Lib.1. uar. ep.4. animos sumũt. *quis enim,* vt Cassiodorus ait, *vereatur scelus, cuius in suggestu grem̃j complicem videt.*

De-

Deinde sibi, falsò licet, persuadent, peccatũ minùs graue & deforme ideo esse, quòd multi se eo alligẽt, & ij quoq;, q̃ vel genere, vel scientia, vel dignitate alijs antecellunt; id quod illis peccandi quoq; ansam præbet. Exempla plurima verũ id esse demonstrãt. Iudæi Ægyptiorũ, quibus cum vixerant, exitiali exemplo ritus & sacrificia imitati sunt. Arripuit Saul gladium suum, & irruit super eũ; quod cùm eius armiger vidisset, & ipse super gladium suum irruens se miserè confecit. Herodes Dominum veste alba indutum illúsit, illusit & eum illius exercitus. D. Augustinus audiuit coætaneos suos flagitia sua iactantes, ad eadem facienda & fingenda quoq; inductus fuit, pudùitq; minoris dedecoris. Platonis gibbum auditores, Aristotelis balbutiem discipuli, Alexandri

1. *Reg. ul.*

Lib. 2. Cõf. c. 3.

xandri M. capitis depressionem aulici imitati sunt. Verũ acrior est exemplorũ bonorum stimulus ad bonum incitandi; axioma siquidem Theologorum est, bonum malo potẽtius esse, vt Deus cacodæmone vires infinitis partibus maiores habet. Christus Dominus, vt vel hoc exemplo rem hanc demõstremus, *in carne,*
1. Pet. 4. 1. quemadmodum D. Petrus, loquitur, *passus est*, & infiniti eadẽ cogitatione se armarũt, hoc est, sanguinẽ & vitam pro illo profuderunt. Et quid mirum si has vires habent regia exempla allata, vt in turpem sceleratamque mortem pellant animum, quid virium par est mortem habere Christi, ad impellendum animam, æmulatione decoris, & charitate summi regis Christi, non in sceleratã, sed pretiosam sanctamq; necem, nõ propriis,

sed

sed alienis persecutorũ illatam manibus propter iustitiã? Æmulabatur suum magistrum Andreas; crucẽ enim & libenter, & ardenter subijt, *& ad tormenta* (verba sunt D. Bernardi) *sicut ad ornamenta, ad pœnas sicut ad delicias properauit.* D. Paulus *stigmata Domini sui, in corpore suo* non habebat, sed *portabat*, tanquam aliquis de trophæis glorians, signisque regalibus. Et meritò; *magna* enim est, vt Ecclesiasticus ait, *gloria Deum sequi.* Cæteris, qui martyrio vitam non finiuerunt, seruatoris nostri vita, virtutis & sanctitatis plena, norma & forma viuendi fuit, & est. *Horum præpositorum sis memor*, peccator, *& quorum intueris exitum, conuersationis imitare fidem*, vt & opera. At imbecillior sum, inquit, quàm vt hos imitari possim, *malũ quod nolo facio, bonũ quod volo, non operor*;

Serm. de trip. bon. genere.

Gal. 6.

cap. 23 38.

Ad Rom. 7. 19.

Imbe-

Imbecilles & sancti fuerunt, eadem scilicet carne circundati, ijsdem pellibus induti, similibus hostibus circumdati, & tamē diuina ope fulti, virtutis iter sic ingressi sunt, vt ad eximiam vitæ sanctitatem peruenerint, & post glorioſam mortē, viua posteris exemplareliquerint. *Ex cor̄a comparatione*, vt ait Gregorius M. *facere præsumes, quod ex tua imbecillitate formidas.* Recurre ad Christū, vrbs est fortitudinis Sion, murus & antemurale. Sequere ouis pastorē, discipulus magistrum, seruus Dominum, viator viam, mendax veritatem, mors vitam, viæ erit dux, verus laboris socius, & præmium. Cesset omnis excusatio errorum? Auferantur peccādi fœda solatia. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus; & ad consolationem nostrā, aliena

35. mor. c. 7.

sæpe

sæpe numerantes vitia, deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. *Ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur imitandum.* Ita D. Hieronymus. *Ad Calam.*

CAPVT XXV.

Homo improbus satis defensionis non habet, si afferat multas esse peccandi occasiones.

EAs enim fugere potest, & verò etiã debet, si aliqua tamẽ eum salutis suæ cura tangat; Ad id Deus siquidẽ in S. litteris homines sæpius hortatur. Hinc iussit sculptilia, ex auro etiã facta, comburi, ne occasionem scilicet auri aspectus alicui pberet. Inter eas etiã leges, quæ ab illo Nazaræis propositę sunt, hęc vna fuit: *Vir siue mulier cùm fecerit votum, vt sanctificẽtur, & se voluerint Domino con-* *Deut. 7.5.* *Num. 6.3.*

consecrare, à vino, & omni eo, quod inebriare poterit, abstinebunt: Etillico subditur: *Vuas recentes siccas non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur: quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent*, ne scilicet incitamentum haberent
Gen.21.10. vinum bibendi. Mandatum accepit Abraham de pellenda domo ancilla, cum filio eius, quanquã ipsa solaculpabilis foret, nec infans vllatenus materni delicti consors esset; voluit nimirum Deus his verbis manifestè innuere, pellendum malum vnà cum occasione, alterutro siquidem domi subsistente, alterum citis-
Exo.12.15. simè reuocari poterat. Noluit etiam Hebræi vt fermento vterentur tempore paschali, ansam vt omnem peccandi præriperet.
1.Re.7.3. Samuel etiam cùm populum ad pœnitentiam agendam cohortaretur,

taretur, non voluit vt ad terram illi tantùm se abijcerent, lachrymas solas cierent &c. Sed vt & idola quoq; frangerent & comminuerent. Eduxerunt Angeli *Gen.19.17.* Loth ex Sodomorum ciuitate, eductumq; sic allocuti sunt: *salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione,* hoc est, occasione. Sufficere debuerat Deo prohibuisse Hebræorum genti sub pœna mortis, ne *Exo.19.24.* ad montem accederent, nihilominus vt omnem eis præcluderet occasionem, concluſit eos vallo, aggeribus, muris fortissimis. *Miraculum est,* ait, D. Hieronymus, *in occasionibus non cadere, cùm homo ad casum pronus sit.* Et D. Bernardus: *O homo vis in periculo* (occasionum) *esse securus, time securitatem; vis à Dæmone liberari, time & Angelos de cœlo cadentes.* S. *In psa.* Basilius: *Primus ad sanctitatem gradus*

dus est, tollere occasiones peccati. Vetus illud: *Occasio facit furem.* Fuge ergo, peccator, occasiones peccati; iuxta serpentes diu nõ eris illæsus, coram igne si ferreus etiã sis dissolueris. In silice latet ignis, percussionibus elicitur. Dicet peccator: Fugâ mihi opus nõ est, eas non timeo. Occasio non est ipsum mali corpus? eius tamẽ est vmbra, quæ cùm cernitur, corpus longè abesse nõ potest. Non est ipsum animæ internum peccatum? externum tamen est, vt hominem expugnet, obsidione
Os. 7. 1. cingens. non est mors ipsa? via tamen ad ipsam est. non est fur? foris tamen omnia explorans furunculus. *Qui confidit in corde suo,* (occasiones mali scilicet nõ declinando) *stultus est, sapiẽs verò,* imo beatus, *qui semper est pauidus.* Si obijciat eas se perpetuò vitare non posse, in medio nationis,

pra-

praua vitam agere, adeoque si peccet sibi id tribuendum non esse, frustra est. aduersus eas se muniat, ad preces subinde recurrat, ieiunijs & alijs corporis asperitatibus se armet, bonas, ad benè agendum, occasiones, quæ nusquã desunt, sedulò quærat, omnia denique faciat, ne Deum offendat; si id cõsilium spernat, suâ culpâ in peccatum labetur, omnique adeo excusatione destituetur.

CAPVT XXVI.

In res huius mundi culpam homo scelestus deriuat.

QVòd illæ scilicet sint peccatorum illecebræ, *in odiũ Dei factæ, intentationẽ animabus hominũ, & in muscipulã pedib. insipientiũ.* Sed inanuis, vt dici solet, aberrat peccator; *in reb. enim creatis nõ est,* vt sapiens inquit, *medicamentum* Sap. 14. 11. Sap. 1. 14.

ex-

ex terminij, hoc est, res creatę non sunt per se causſa peccati, adeoq; exterminij à cœlo; quin facta sunt primùm á Deo, vt ille à nobis cognoscantur; *à magnitudine enim speciei*, vt habet sapiens, *creaturæ, poterit cognoscibiliter creator hominum videri; inuisibilia etiam ipsius* (Dei) *à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas*. Inuisibilis quidē Deus est, sed in creaturis se quodammodo visibilem præbet. Vnde & redarguitur mundus quasi ingratus & insensatus, quia eum (Deum) nō cognouit, factorem videlicet mundi. Apostolus etiam dicit Deum cōdidisse creaturas, *vt diuitias bonitatis suæ ostenderet*. Hinc Nazianzenus, *mundum Dei præconē meritò vocat*. Idem docuit regius vates: *Non sunt, ait, loquelæ, neque sermones, quorum non audi-*

Sap. 13. 5.
Rom. 1. 20.
Io. 1. 10.
Rom. 2. 4.
Orat. in nou. Dom.
Psal. 18. 4.

audiantur voces corũ, hoc est, non sunt linguæ vllæ in orbe terrarum, quarum voces & prȩconia, non audiãtur in ipsis cœlis; omnium enim linguarum præcones sunt, Deiq; gloriã omnibus hominibus enarrant. Quod si mirum ordinẽ, qui vel in corpore humano cernitur, attẽderis, Deũ eius authorem cognosces. Hinc dicitur: *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Neq; verò solùm Deus ex creaturis esse cognoscitur, sed quod altissimus etiam sit, perfectissimus, bonorumq; omnium fons vberrimꝰ clarè perspicitur. Per creaturas etiã excitatur homo ad Dei amorem; quomodo enim eum homo non amabit, quẽ infinitè bonũ esse cognoscit. Incitãt præterea hominẽ creaturæ ad honorẽ Deo debitum impendendum, quandoquidem id suaratione ipsæ faciunt, & vt faciant

Psal. 138. 6.

ciant monentur quoq; à pueris in fornace. Ad mundi etiam cõtemptum, quandoquidem *cœlum*
Lu.16.6. *& terra transibunt*; ad Dei item coniunctionem; diuitijs enim mercamur cœlum, *facimusq; nobis amicos de mammona iniquitatis.*
Ps.48.21. Honores monent, vt attendamus, *ne iumentis insipientibus comparari, similesque illis effici possimus.*
8 p.6.7. potentia docet, *potentes potenter tormẽta passuros*; nobilitas virtutũ
Io.1.13. occasio est, indicatq; nos non *ex sanguinibus sed ex Deo natos esse*; bo-
1.Cor.6.20 na corporis excitant nos, *vt glorificemus & portemus Deum in corpo-*
Es 40.6. *ribus nostris*; *omnem item carnem fœnum esse*. Eius sanitas docet animam infirmã esse nõ debere; vti neq; pulchritudo illius, animæ deformitas: Amici & cõsanguinei monent, vt præ illis Deus in-
Ps.143.15. star omnium sit; successus omnium rerum felix, inuitat vt dicamus:

camus: *beatus populus, cuius Dominus eius*; vniuersa dona ad eum finem ordinant, vt bonarum actionum negotiatione, meritorum nostrorũ thesaurus amplificetur; vita & mors Christi eò dirigũtur, *vt peccatis mortui iustitiæ viuamus*; aduersa etiam virtutis ansæ sunt, ac cùm occidit Deus, *quærendum nihilominus illum esse docẽt, & diluculo ad eum veniendum.* Sua etiã vtilitas capi potest ex hostibus & inimicis, eos vt diligamus, & pro ijs oremus qui oderunt nos; mors, vt animæ interitum fugiamus; iudicium extremum, *vt nos ipsos iudicemus, ne aliquando iudicemur*; infernus; eum vt meditatione ingrediamur, ne aliquando re ipsa ingrediamur, & nunquam egrediamur. Quæ omnia si vera sunt, vti verissima sunt, quomodo creaturæ causa peccati esse

possunt? possunt, inquit peccator, quia bonæ admodum sunt sed melior Deus, gloriam afferunt? Deus ipsa gloria est, auxilium præbent? *Deus adiutor in opportunitatibus est*, multa præstant? Deus omnipotēs est. delicias afferunt? *delectationes in dextera Dei sunt, vsque in finem.* ad honores cuehunt? *Deus glorificantes se glorificat.* Voluptatem afferunt? *torrente voluptatis potat Deus.* Plenæ gaudij sunt? *Deus dabit vt gaudium intremus.* Satiant? *satiabit te Deus, cùm apparuerit gloria eius. At muscipulæ sunt?* sunt, *sed insipientium?* Tu si eorum numero eximi vis, ama illas, sed in illis amplius Deum, & non capieris.

Caput XXVII.

Peccator, vt se excuset, Diabolum, ceu authorem scelerum, accusat.

Ad

AD excusationum tandē fundum venit homo nefarius, fœcesq; adeo propinat, quas sub finem huius libri exhauriemus quoque; sic fiet, vt in nihilū redactus, fateri cogatur nullum aliū à se, peccati propriè & per se authorē esse, quatenus in agendo à regula debitæ rectitudinis deficit. Est Dæmon quidē peccati suo modo caussa; eius enim *inuidiâ mors intrauit in orbē terrarum*, vt & peccatum ipsum, quemadmodū D. Paulus affirmat; *& circumit etiamnū quærens quem deuoret* sed per accidēs tamē solùm, idq; tribus modis, vel quia ei homini proponit, quę eum ad peccandū pelliciunt; vel quia imagines & similitudines rerum absentium quoq; intra imaginandi vim positas cōmouet; vel quia in humano corpore spiritus & humores, adeoq; imaginationem, & sentiendi

Rom. 5. *1. Pet. 5. 8.*

tiendi appetitum, ad varios motus concitat, quibus homo ad suscipienda peccata inclinetur, Nõ item per se peccati causa est & propriè, peccatorq; adeo culpam in eum per se, verè & propriè conferre non potest; potest enim, & verò etiam debet eius conatibus resistere, & peccatum effugere. Sed hostis tartareus, & gigas flammiuomus naturâ, irâ, odio, potentia, exercitatione bellica, experientiâ, versutia, fraude, malitia, militum numero, armorum vi, pugnæ loco, strage multa data potentissimus est, quomodo potero ego imbecillus & imbellis homuncio cum tanto bellatore bella bellare? non potero. Ante lucem surgis peccator, & in tenebris ambulas, potes cum eo in arenam descendere, & verò super eum, ceu aspi-

Ps. 90. 13.

dem

dem & basiliscum ambulare, leonem insuper ac draconem conculcare, non tu tamen solus, sed à Deo adiutus, qui præsto semper adest. Id potuerunt alij, Iob vlceribus licet pessimis à Dæmone percussus, gregibus, & filijs orbatus, ab vxore falsè vexatus, varijsq; alijs calamitatibus pressus, erectus tamen steterit. Tobias cœcitate licet percussus, Deo tamen benedicere (maledicere) noluit. Alij, vt breuis sim, in fractis animis, tela illius perfregerunt, mortiferosq; tentationũ ictus Deo adiutore, repulerũt. Non est ergo, peccator, quod desperes. Et Deus tibi aderit, & tunc cũ Paulo dices: *Omnia possum in eo, qui me cõfortat Christus*, & non dices tantùm, sedet cum Dauide *murũ perrumpes* Dæmone profligato. Ex dictis hactenus planũ est, nihil omnino *Phil.* 4 13. *ps.* 17. 30.

aliud ab homine, peccati per se causſam eſſe, eumque adeo perperam vt ſe quoq; modo defendat, facere, quod in alium culpam detorqueat; *arguit eum malitia ſua, & auerſio ſua increpat eum,* vt Propheta ait. Colophonem huic libro tertio, quod ad Dæmonem pertinet, addat D. Gregorius Nazianzenus:

Hier. 2.

Lib. ſpir. ſent.

Hoſtem, inquit, quid accuſamus vſque perditum?
Et moribus promittimus licentiam?
Te criminare prorſus ipſum, aut maximè,
Nos ignem habemus, ſpiritus flammam ciet.

Caput XXVIII.

Quid cauſſæ ſit cur homo improbus peccet?

Ad peccandum, impium mouent ciſternæ, eæq; diſſipatæ, quæ continere aquas non va-

valent. Id indicat Propheta his verbis: *Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus: Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Cisternæ istæ dissipatæ, quæ continere aquas non valent, res sunt huius mundi, continent enim illæ gaudia & solatia fluxa & caduca; eo fine, vt ad Deum homo impius potius, ceu fontem vitæ, & perennem & perpetuum recurrat, gaudioque ac voluptate semper duratura perfruatur, quàm ad creaturas, quæ illius appetitum non explent, sed acuunt; qui autem biberit de aqua, quam DEVS dare consueuit, in æternum non sitiet, & fiet in eo fons saliens in vitam æternam. Ve- *Hier. 2. 12.*

rùm impius, quæ ſumma eius eſt ſtoliditas & inſania fontem hunc aquæ viuæ derelinquit, & fodit ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ gaudiorum ac conſolationum aquas continere non valent. Derelictio hæc ſummam iniuriam continet, eamque duplicem, vnam, qua impius à Deo ſe peccando auertit; maiorem alteram, qua eum, ciſternis diſſipatis, quæ aquas continere non valent, poſtponit, pluriſque eas quàm Deum facit. Duplici hac iniuria affectus Deus, cœlos, eorumque portas, hoc eſt Dei incolas, & iuſtos alios huius vitæ, ad admirationem, ad triſtitiam, ad odium, ad indignationem inuocat. Eandem deinde cauſſam, adeoque iniuriam ſignificat etiam Ezechiel his verbis: *Violabant me ad populum meum,* cap. 13. 19.

propter

propter pugillum hordei, & fragmen panis. Et alius his alijs: *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* Verùm panis hic eius arctus erit, & aqua breuis, *famemque suo tempore patietur vt canis, & guttam aquæ ad refrigerandam linguam petet, quæ non dabitur illi;* *Telæ etiam quas texet, in vestimentum non erit, nec operietur operibus suis; traket item peccatum in funiculis vanitatis.* Id quod experiētia ille didicit qui dixit: *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.* Ad Deum recurre peccator, qui in stateris tuis mendax es, *& graui corde vanitatem diligis, & mendacium queris,* bonitatemque fac, & parceris in diuitijs eius: indiges pane, *dabit tibi*

Os.2.5.

Es.30.20.

Es.59.7.

Eccle.1.14.

panem de cœlo verum, sitis? dabi
tibi vt bibas *de fontibus saluatoris*
nudus es? *vestiet te duplicibus*, gau-
dia quæris? *in gaudium intrabis*,
honorem desideras? *nimis te ho-
norabit*, opibus delectaris? *in eo
sunt thesauri sapientiæ & scientiæ
Dei*, si corporis deinde cura te
tangit, *regnum cœlorum quære, &
omnia adycientur tibi.* Quod si pa-
rum hæc, quæ dixi, te mouent,
inuenient te mala sine numero,
de quibus proximè sequen-
ti libro age-
mus.

DE IN-

DE INFINITA GRAVITATE PECCATI MORTALIS.

LIBER QVARTVS.

Graue peccatum mortale est, quia impius, ob illud grauissimas pœnas dependere debet.

CAPVT I.

Deus impium seuerè & grauiter ob peccata castigat.

DE grauitate & prauitate peccati mortalis multa ad huc diximus plura sequuntur; eandem enim pœnæ quoque & supplicia grauia, quibus Deus illud, vt & impium, qui eo se astrinxit, seuerè

admodũ & grauiter castigat, clarissimè demonstrant; de ea proinde grauitate & prauitate agendum etiam est, eo fine, vt homo improbus, qui sensu magis quam ratione & fide omnia metiri solet, vel pœnarum detrimentorumque fulmine cœlesti ictus, in gemitus & dolores soluatur, timoreque seruili concussus, peccata in posterum, prioribus per pœnitentiam deletis, caueat; vtilitate siquidem ac fructu timor ille non caret, iugis modò sit, concipit enim, concipit autẽ? parturit, & parit quoq; salutem, demonstrat fugere à ventura ira, configit carnes, *charitatem, vt Seta sutoris*, quemadmodum D. Augustinus loquitur, *linum, quo calceus suitur, introducit.* Quod autem Deus in impium animaduertat, verba hæc declarant: *A fortitudine manus tuæ ego de-*

Ps. 38. 12.

feci

feci in increpationibus: propter iniquitatẽ corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Verba item hæc alia: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit:* quod de malo pœnæ, non culpæ intelligi debet; *peccatum enim,* vt Abacuc ait, *ne respicere quidem potest Deus.* Confirmat id D. Chrysostomus, cùm sic scribit: *Malorum omnium causſam constat esse peccatũ: Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos premunt passiones.* Vnde Dominus ostendere volens malorũ omniũ causſam esse peccatum, paralytico dixit, vbi anima & corpore paralyticum esse vidisſet: *vade, sanus factus es, noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius cotingat.* Errant igitur illi, qui calamitates, quas sustinent, vel causſis naturalibus, vel astris, vel Dæmonibus, *vel,* vt D. Aug. loqui-

Amos 3. 6.

Cap. 1 13.

Hom. 5. *de pœnit.*

Io. 8. 11.

De vita Christiana.

loquitur, *non crimini sed consuetudini tribuunt. Deus virga est vigilans*, quam Hieremias aliquando vidit, In virga verò seueritas vindictæ, in vigilia, scelerum cognitio innuitur. Quod eum deinde seueriter & grauiter Deus puniat, in oculis est; *gladium enim suum vibrans, & arcum suum tendens, vasaque mortis parans, & sagittas suas ardentibus efficiens, ita impium tractat, vt à planta pedis, quemadmodum Esaias loquitur, vsque ad verticem capitis, in eo non sit sanitas*; Idque animæ, & corporis fortunarumque ratione: Deus enim ab eo recessit primùm, animæ deinde status, & perturbatus, & confusus iacet, vt & ordo eius ad potentias & facultates suas, & symmetria concinna, intellectus cymmeriis tenebris obuolutus est, conscientia in tergum reiecta, voluntas ad malum inclinata, me-

Ps. 13. 14.

Cap. 1. 6.

memoria læthargia sepulta, imago Dei obscurata, fama prostituta, potentia effectrix viribus destituta, sensus effrœnes effecti, appetitus eos consequens rebellis redditus, corpus miseriarum oceano absorptum, & à summo vsque deorsum discerptum: vulnus & liuor, & plaga tumens. In bona etiam fortunæ, seu temporaria manum fortem iniecit etiam Deus, hæreditateq; tandem eum cœli spoliat, hæredem autem gehennæ, sociumque teterrimorum spirituum constituit. Ad summam, homo, peccato, malorum ilias est, & ærumnarum seminarium. O probrosam miseriam hominis! O peccati mortalis grauitatem! *effusus est sicut aqua ne crescat, & tanquam lagena figuli contritione perualida ita contritus, vt in illo non remaneat testa, in qua colligatur aqua, maledictio-*

ne

ne peßima tandem in agro, in ciuitate, ingrediens & egrediens, ita maledictus, vt qui eum consideraret, inuacuum immensum se ingerat. De his malis omnibus, quorum non est numerus, vt magis illi perspiciantur, peccatiq; mortiferi odium maius concipiatur, in specie, suo loco, pluribus agemus.

Caput II.

Merito Deus impium seuerè & grauiter ob peccata castigat.

HOminē improbum à Deo primùm iure meritoq; castigari, natura dictat, gentes & nationes recipiunt, fides his verbis docet. *Accipiet armaturam Zelus illius, & armabit creaturam ad vltionē inimicorū; Induet pro thorace iustitiā, & accipiet pro galea iudicium certū, sumet scutū inexpugnabile æquitatē.* Orthodoxi Patres idem approbant; Cyprianus quidē cùm sic scri-

Sap. 5. 18. & 19.

ad Demetria.

scribit: *Ipse de seruo tuo exigis seruitutem, & homo hominem seruire compellit: & cùm sit vobis eadẽ sors nascendi, conditio vna moriendi, corporũ materia cõsimilis, animarũ ratio communis, æquali iure, & pari lege vel veniatur in hunc mundũ, vel de hoc mundo præstmodũ recedatur, tamen nisi pro arbitrio tuo tibi seruiatur, nisi ad nutum pareatur, imperiosus & nimius seruitutis exactor, flagellis verberas, fame, sitimuditate, frequenter ferro, & carcere affligis & crucias, & non agnoscis Dominũ tuum, cùm sic exerceas ipse dominatum? Quid ergo Dominus noster nobis quotidie peccantib⁹ facturus est?* Hæc Cyprianus. Saluianus deinde sic loquens: *Quid miramur si peccantes nos Deus verberat, cùm ipsi peccantes seruulos verberemus? Iniusti iudices sumus, homunculos nos flagellari à Deo nolumus, cùm ipsi cõditionis sortisq; nostræ famulos frequentissimè verberemus. Malum præterea ipsum, pœnam*

Contra gentes.

pœnam exigit, vt sic in ordinem redigatur, quemadmodum D. Augustinus sequentibus verbis docet:

Ep. 120. ad Hon. *Non efficit anima peruersè vtens creaturis, vt ordinationem effugiat creatoris, quoniam si illa malè vtitur bonis, ille benè vtitur etiam malis, ac per hoc illa bonis peruersè vtendo fit mala, ille ordinatè etiam malis vtendo permanet bonus, qui enim iniustè se ordinat in peccatis, iustè ordinatur in pœnis.* Peccator insuper ipse hoc agnoscit; Hinc Iosephi Patriarchæ fratres, iusto Dei iudicio se puniri agnouerunt sic dicentes:

Gen. 42. 21 *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, idcirco venit super nos ista tribulatio*; Neque verò id solùm agnoscit, sed & supplicium clamore effuso requirit; sic

Gen. 18. 12. enim legimus: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. descendam & videbo vtrum clamorem,*

morem, qui venit ad me opere complerint. Quare clamor multiplicatur, nisi quia peccatum aggrauatur? quasi idem sit peccatum augere, & vocem vindictam deposcentem extollere. Clamat itaque peccator, clamat iniquitas, non misericordiam petens, sed pœnam exposcens. Dei tandem flagella eius prouidentiam declarant. *Hinc iustus*, vt Psaltes docet, *cum vindictam videt, lætatur, manusque suas lauat in sanguine peccatoris, & dicit: si vtique est fructus iusto, vtique est Deus iudicans eos in terra.* Homines, etiam ad eius cultum & venerationem inducuntur; id quod his Prophetæ verbis indicatur: *Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.* Impio deinde & atroces & multiplices pœnas meritò à Deo infligi, docet Psaltes his verbis; *Deus iudex iustus & fortis;*

Ps. 57. 11.

Es. 26. 9.

Ps. 7. 12.

Illis

Ps. 18. 10. *Illis* etiam: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa*; vniuersè enim de pœnis ille agit: Ideo etiam sapiens sic habet: *Cuncta quæ fiunt, adducet in iudicium*, vt æquitas scilicet, quo ad omnia, appareat. Eam multæ rationes demõstrant; an enim ille supplicia aliqua iniuste inferre potest, qui summa benignitate, modisque omnibus omnes eos ad se vocat, qui laborant, oneratique sunt, peccato nimium? qui in multa patientia vasa iræ apta in interitum sustinet, cùm nonnulla Prophetæ etiam, vel offensione, vel admiratione, qui impium de supplicio, antequam infertur, monet, vt sibi cauere possit à ventura ira? qui diluuio mundum deleturus, dolore cordis intrinsecus tactus fuit? qui minoribus mitioribusque pœnis peccatorem excitat, & in eum, vt in Pha-

Eccle. 12. 14.

Matt. 11. 28.

Hier. 12. 1.

rao-

nonem, culices primum, exinde muscas, ranas, locustas, &c. sua ratione immittit, & non nisi dormientis instar & crapulati à vino excitatus, & ad iracundiam prouocatus, ad vltionẽ, coactè propemodum, progreditur, & aquis rumnarum, extremoque tandem supplicio mactat? Obmutesce sidon, qui de grauitate suppliciorum, conquereris. Intriuisti illa tibi, exedas oportet: nemo læditur nisi à seipso.

Caput III.

Deus peccato impium propter peccatum punit.

IN pœnis, quibus Deus impiũ castigare solet, grauissima illa, & vt Propheta loqtur, *plaga inimici, castigatio crudelis est*, qua eũ propter peccatũ mortiferũ, peccato alio mortifero punit. Cuius hic tẽsus esse nõ debet, quasi peccato mor- *Hier.* 30. 14.

mortali, per se & formaliter consi-
derato, vt defectus scilicet vo-
luntarius est perfectionis ex legi
æterna debitæ, aliud præcedens
castiget; hoc enim diuinæ bo-
Io. 1. 3. nitati repugnat, qua sine *factum est nihil*, scilicet peccatum; sed
peccato mortali per accidens,
quod nimirum occulto, iusto ta-
men Dei iudicio fit, per subtra-
ctionem auxilij peculiaris, quo
peccatum tale impediretur; cu-
ius enim peccati hæc subtractio
pœna dicitur, eiusdem pœna per
accidens esse censetur peccati,
quod eam subtractionem auxi-
lij peculiaris consequitur. Pec-
cato deinde, vt per se & forma-
liter priuatio est boni conueni-
entis naturæ, boni nempe hone-
sti, potest Deus peccatum aliud
castigare, & verò sæpe quoque
castigat. Inde tamen rectè non
concluditur peccatum mortale

per

per se & formaliter cadere in diuinam voluntatem, nec etiam vt damnũ eiusmodi est, ceu causam efficientem, sed deserentẽ & permittentem iustè vt dictum est. Hinc cõcluditur Deum malum culpæ non inferre, sed malũ tantum pœnæ, iuxta dicta; impium deinde ex vno peccato, nisi resipiscat in aliud & aliud semper, aliquãdo quoq; maius & grauius præcipitari, sordidumque adeo fordescere magis, iniquitatẽ adere super iniquitatẽ, debita debitis accumulare, peccata sua, iuxta Apostolũ implere, totumq; desiderijs tradi. Explicat id D. Chrysostomus his verbis: *Cum dicitur homo tradi desideriis suis, ex ipsa compagine fit reus, quia desertus à Deo cedit cupiditatibus, atq; consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur; à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est, & fit ei peccatũ conse-*

Apoc. 22. 11. Ps. 68. 28. 1. Thess. 2. 16.

Hom. de Adam & Eua.

2. Pet. 2. 19.

quens præcedentis pœna peccati. An
est peccatũ & pœna peccati, vti legitur
Rom. 1. 27. Dominus enim immisit eis spiritu erroris, vt faciant quæ non conueniunt, sicut seducitur ebrius? An non est peccatũ, & pœna peccati, vbi Deo dicit
Es. 63. 17. Propheta: Quid errare fecisti nos de viis tua, obdurasti corda nostra, vt nõ timeremus te? An non est peccatũ & pœna peccati vbi legitur de gentib°, quas debellauit Iesus Naue: quia per dominũ factũ est confirmari cor eorũ, vt obuiam irrent ad terram Israel, vt exterminarẽtur? An non est peccatũ, & pœna peccati quod non audiuit Roboam rex plebem bene momentẽ? quia sicut scriptura loquitur, erat conuersio à Domino, vt statueret verbũ suũ, quod et locutus est in manu Prophetæ. Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquidò apparet, occulto Dei iudicio fieri peruersitate cordis, vt non audiat quod verum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsũ peccatũ præcedentis etiam pœna peccati. Hæc Chrysost. Ex quibus

mnibus intelligitur quanta læ-
niferi peccati grauitas existat, &
ænæ magnitudo.

CAPVT IV.

Animæ hominis impij plurimum detrimenti importat Deus.

ORiuat enim eam gratia iusti-
ficãte, bono, cui nihil neq; in
omine, neq; extra hominẽ, in
pto naturæ ãbitu exæquari, ne-
i præpõderare potest; adeoq;
mnùm eam, vt & hominẽ ipsũ,
us ratione, exuit veste illa, quã
iritus sanct⁹ ex vellere & lana
gni ad occisionẽ ducti, & corã
dente obmutescẽtis cõfecit, e-
sdẽq; agni sanguine pretiosissi-
o purpureã reddidit. Opes de-
de illas ferè oẽs, quib⁹ *in Christo* 1. Cor. 1. 9.
es factus est, tollit; vt & thesaurũ
õparabilẽ, quẽ q habet, *particeps* Sup. 6. 14.
amicitiæ Dei, & quo cæleste reg-
i cõparari potest, *miserũq; adeo il-* Apoc. 3. 17.
& miserabilẽ, nudũ, cæcũ, & paupe
reddit. Aufert itẽ ab ipio animæ

pulchritudinem eam, qua a
Thren. 4. 8 *cãdidior niue, nitidior lacte, rubi-*
dior ebore antiquo, sapphyro pulc-
fuit, eamque super carbones, vt P-
pheta ait, *sic denigrat* vt atr-
tartareo orci inquinatior, ad-
rabilem suum decorem pecc-
nigredine commaculet, odo-
tumq; spiritalẽ purgatumq; m-
credibili fœtoris molestia affic-
at. Deturbat etiam illam de sa-
tate, facultatemq; consequen-
adimit, qua homo poterat vir-
re peccata mortalia omnia, ea-
nusq; perfectè legẽ diuinã adim-
plere, & Deum super omnia di-
gere. Fauorem præterea & stud-
um, quo ipsam antea mirifice c-
plectebatur, odio permutat, an-
maque adeo Deo nón est dilec-
eiq; illa nõ placet, & Deus illa-
respicere non potest. Neq; iust-
tiã est homo amplius, neq; p-
peccatũ, erga Deum sic se habe-
quem

quemadmodum oportet; prõpterea enim non est ad præstandum Deo iustum & debitũ obsequiũ, quale in hac vita antepoterat, *pace* Rom. 5. 2. *mea adeo nõ habet ad Deũ, per Dominũ Iesum Christũ*, vt Apostolus ait. Qui ante peccarũ etiam sapientiæ sedes, Deiq; thronus illustrissima fuit, in quo dulciter ille quiescebat, deliciasq; suas habuit, & tãquam diuinus magister hominẽ docuit & direxit, post peccatum dæmonum latibulũ abominabile est, *in quo onocratulus, ericius, &* Esa. 34. 11. 15 *ibis, & coruus habitant, Draconũ & struthionũ item cubile, & omnis spiritus immũdi, & omnis volucris immũda & odibilis custodia.* Qui diuinà gratiâ Dei filius, diuinæq; adeo naturæ cõsors fuit, filius esse peccato mortifero desiit, diuinæq; naturæ exsors factus est, & filius Diaboli, desideria eius omnia faciens. Amisit & per peccatũ vitã

In mart. Iulitram hom. 5. *Serm. 18. de Ver. Ap.*

ſpiritalem; *anima* enim, quæ al
immortalis eſt, vt S. Baſilius d
cet, *moritur illo*: Id quod his ver
docet D. Aug. *Vita corporis anima*
vita animæ Deus, hunc autẽ pacto
amittit, dum ſe peccato alligat, grati
perdit. Addit: *non ſunt inte viſce*
pietatis ſi pleres corpus, à quo receſſit a
nima, & non ploras animam, à qua re
ceſſit Deus; talis enim anima poſt pe
catũ non aliter relicta eſt, quam corpus
à quo anima receſſit. Ad vitam tãdem æternam ius perdidit impius, &, ni eum verè pœniteat, cœleſti quoq; hæreditate, cuius in gratia pignus habuit, excluditur, & deſcẽdentes in infernũ comi-

Apoc. 22. 15 latur. *Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.* O grauitatem infinitam peccati mortalis!

CAPVT V.

Peccatum mortale magnum affert intellectui malum.

Mi-

MAlum illud, quod ex occasu solis gratiæ, adeoq; ex mortifero peccato oritur, sacra scriptura multis variisq; nominib' describit; vocat enim ignorãtiam, & quidẽ crassam, Dei, & cuiusuis suiipsius. Dei, cùm dicitur apud sapientẽ: *Cinis est cor eius (impij) & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius, quoniã ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritũ vitalem.* Sap. 15. 10. Cùm item dicitur ab Esaia: *Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini sui, Israel autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Esa. 1. 3. Ignorantiam deinde cuiusuis suiipsius indicãt hæc verba: *si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregũ tuorũ, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorũ.* Cant. 1. 7. Nominat deinde cœcitatẽ: hinc illud est: *Quis cœcus nisi seruus* Esa. 42. 19.

Cap.30.10. meus. Et illud: *Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus; impegimus meridie quasi in tenebris.* Et illud: *Educ foras populum cœcum, & oculos habentem,* Soph.1.17. Et: *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerũt.* Appellat tertiò malum illud tenebras: *sapientis oculi,* Cap.2.14. ait Ecclesiastes, *in capite eius, stultus in tenebris ambulat.* Et: *Palpabunt* Iob.12.25. (impij) *quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.* Es.5.20. Dicunt, iuxta Prophetam, *malũ bonum, & bonũ malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, &c.* Sap.5.6. Dicit quartò errorẽ, cùm impios sic loquentes introducit: *Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Prou.1.22. Ei quinto imponit nomen infantiæ: *vsq; quo paruuli diligitis infantiã, & stulta, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam?* Ps.4.3. Mendacij

dacij etiam nomine signat: *Filij hominum vsque quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Nuncupat item illud stultitiam: *Stultus illudet peccatum*, id est, ludet cum peccato, quasi nihil sit. Et: *Generatio praua atque peruersa, hæccine reddis Domino stulte & insipiens?* Omitto supra trecenta loca, in quibus peccator stultus in sacris litteris appellatur. Ponit ei tandē insaniæ nomen, cùm ita scribit: *Beatus vir, cuius est nomē Domini spes eius, & non respexit (vt peccator) in vanitates, & insanias falsas*; Omnino enim ille insanus est, & multis quidem modis; gratiam enim transfert in luxuriam, maculam dat in gloriam, substantiā suam omnē dissipat, characterē bestiæ in fronte & manu accipit, spōte vult esse pauper, cùm posset esse diues, vilis, cū posset esse

Psal. 43.

Prou. 14 9.

Deut. 32.3.

Psal. 39. 5.

nobilis, mancipium, cùm posset esse liber, amens, cùm posset esse sapiens, damnari cùm posset saluari. Profecto validis cippis indiget peccator, durisq; catenis; barbarum adeoq; est peccatũ mortale, vt ait D. Chrysost. *tyrannidem in intellectum exercens*, tanta vt mala non videat & sentiat; ei omnino cõuenit, quod Oseas aliquando dixit: *Factus est Ephraim, quasi colũba seducta, non habens cor.* In quæ verba sic commentatur D. Hieronymus: *Sola columba albatos pullos non dolet, non requirit. Eundem in modum iniquus, vt seducta columba, ablatam gratiã, ablatam vitã æternã, ablatũ cælũ, animam, Deum non dolet, nõ requirit.* Cõgruit etiam illud quod eodem capite ab Osea in Ephraim scriptum extat: *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit, sed & cani effusi sunt in eo & ipse ignorauit.* Comederunt Dæmones & peccata robur

Hom. 9 in 2. ad Cor. 7. c.

In comment.

róbur impij, id est, gratiam, & ipse nesciuit, imo aliquando euenit, vt ad senectutem perueniat, & in miserrima hac ignorantia perseueret. Miserrimam dixi ignorantiam, quia vt ait D. Augustinus: *Quid est miserius misero non miserante seipsum?* Qui hac ignorantia laborat, Christum non quærit vt enim rem aliquã, quam amisisti quæras, amisisse te illam animaduertas necesse est. *Non quærit redimi*, ait Bernardus, *qui se nescit esse captiuum; si non quærit redimi festinat eô, vbi neque opus, neque ratio erunt.* Impie Micha euigila.

Lib. 1. Confes. c. 18

Ep. 190. ad Innoc.

Caput VI.

Mala conscientia dire torquet & cruciat hominem improbum.

Non cessat enim illa horrili verme, q in ea ex putredine peccati mortalis nascitur,

hominẽ impium rodere, reprehendere, timoribꝰ & triſtitijs vrgere, & ad pœnitudinẽ excitare. Id futurum prædixit Dominus Cain, cùm ita eũ alloquitur: *Nonne ſi bene egeris, recipies; ſin autẽ male ſtatim in foribus peccatũ aderit?* peccatũ, hoc eſt, punitio peccati niſi quòd, vt immanis leo pro foribus tuis, ô impie, accubabit, vt te exterreat, & conſcientiæ vocibꝰ, de æterna pœna parata moneat, & ob Deum offenſum implacabiliter reprehendat? Affirmat idipſum Propheta his verbis. *Arguet te malitia tua, & auerſiones tuæ increpabit te.* Crucẽ & carnificinam eandẽ indicat Iob his verbis: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius* (impij) *& cũ pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur*: non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucẽ circũſpectans vndiq; gladiũ. Et ſapiẽs: *Fugit impius nemine perſequẽte, iuſtus*

Gen. 4. 7.

Hier. 2. 19.

Iob. 15. 21.

Prou. 28. 1.

Sap. 17. 11.

te, iustius autẽ quasi loco absq; terrore erit. Et rursum: Cũ sit timida nequitia, dat testimoniũ condemnationis; semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Sancti Patres his concinunt. D. Ambrosius: *Nulla*, inquit, *pœna est grauior vulnere conscientiæ, nec vllum seuerius iudicium quàm domesticum illud, quo quisque iudicat seipsum esse reum.* D. Augustinus eandem afflictionẽ indicat, cùm ita scribit: *peccatoribus non est locus in his, quæ foris sunt, quia ibi patiuntur tribulationes, vbi conscientia illos non consolatur. Non est benè illis secũ, quia benè esse cũ malo non potest; quisquis autem malus est, malè secum est. Torqueatur necesse est sibi, seipso tormento; ipse enim est pœna sua quem torquet conscientia sua. Fugit ab inimico, quô potuerit, à se quô fugiet?* scitè Chrysostomus: *Conscientia peccati, formidinis mater; spinis indor-*

L.3. Offic. c.4. & 5.

Ad pſ.36.

Lib. 4. de cons. pr. 2.

mit, *qui mala conscientiâ quietem quærit.* Et Boetius: *Sicut bonis merces est bonitas, ita malis iniquitas supplicium.* Exempla idem demonstrant. Alexander M. cùm Clytum sibi & carissimũ & maximè fidelem inter epulas temulẽtus perfodisset, facinore postmodum intellecto, conscientiâ sceleris furẽs, mortem, nisi à circumstãtibus fuisset prohibitus, sibi intulisset. Nero, matre impiè perempta, sceleris conscientiam nõ ferens, furiarum verberibus ac telis ardentibus vrgebatur. Caligula ad minima tonitrua caput obuoluebat, ad maiora sub lectum cõdere solebat; obuoluit & condidit cõscientia malã. Instat igitur à tergo semper Nemesis stricto ense, vt pro meritis malũ puniat, mordeat, perstringat, nec finem facit, donec ad officium redeat. Magnæ con-

contrà consolationes sunt in conscientia bona; bona conscientia domus est quietis; Bona substantia est, vbi peccatū non est in conscientia. Vis ergo peccator nunquâm esse tristis, semper viue benè.

Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Caput VII.

In Voluntatem magnas strages edit peccatum mortiferum.

ORiginali enim peccato labefactatam, labefactat magis, & ad malum pronam, ad illud inclinat amplius, vt quotidiana, proh dolor, experientia nos docet. Id deinde studio habet, sui iteratione repetitioneque, vt cùm cauere non potest, quô minùs in bonum voluntas interdum feratur, tardè tamen

& dis

& difficulter, rarioreque effectu id fiat; sæpe autem & facilè, succeſſuque crebriore malum ſuſcipiatur. Indurat tandem illam aliquando, vix vllis vt ſuaſionibus flecti, beneficijſque quantumuis magnis emolliri, minis autem & flagellis durior effici poſſit. Inter alia, quæ de Behemoth eiuſq; corpore dicuntur, hoc etiam eſt: *Cor eius indurabitur tanquã lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus*; Idem in voluntatem impiam conuenire poteſt; eô enim vecordiæ interdũ progreditur, vt ſit quaſi lapis, & quaſi incus nullis ictib⁹ cedens. De ea. n. vt & homine improbo, in perſona impiorum Hieremias ſic loquitur: *percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.* Voluntatem

Iob. 41. 15.

exp. 5. 3.

hanc

hanc duram, ferream catenã videtur appellare D. Augustinus his verbis: *Suspirabam ligatus non ferro aliquo, sed mea ferrea voluntate; Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenã fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa, facta est libido. Et dum seruitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini nõ resistitur, facta est necessitas, quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis, vnde catenam appellaui, tenebat me obstrictum dura seruitus.* Hæc Augustinus. Cum eo ligatus quoq; est impius, non *funiculis tantùm peccatorum* vt sapiens ait, *sed ferrea quoque catena; Ligatus*, iuxta Tertullianum *traditur Diabolo quasi carnifici in pœnã, vt Saul; non traditur autem sic illi tantùm, sed & illi venditur*, quemadmodum D. Augustinus docet in hæc verba: *Vnusquisq; animam suam vendit Diabolo, accepto tanq; pretio*

Lib. 8. confes. c. 5.

Prou. 5. 22.

De fuga.

In expos. propos. ep. ad Rom.

pretio dulcedine temporalis voluptatis. Vendit autem se illi in seruum, qui enim facit peccatum, ait apud B. Ioannem Christus, seruus est peccati, & B. Petrus: à quo enim quis superatus est, huius & seruus est; superatus autem est & à peccato, & Diabolo, horum ergo seruus & mancipiũ est. Vnde Ambrosius. Seruile omnino est peccatũ, libera est innocentia; quomodo enim non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello seipsum auctionatur? timet enim ne congesta amittat. Quomodo autem non & ille seruus, qui subditus est libidini? primùm suis ardet incendijs, & peccati suis facibus exuritur. Et libro de Iacob: qui facit peccatum seruus est peccati, & quod peius est, multorũ seruus est, qui subiectus est vitijs, multis se Dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. Et Augustinus: Bonus & si seruiat, liber est, malus autem etiamsi regnet

Io. 8. 34.

2. c. 2. 19.

De Ioseph. Patr. c. 4.

Lib. 2. c. 3.

2. de Ciu. 4. 3.

regnet, Seruus est, nec vnius hominis, sed quod est grauius tot Dominorum, quot vitiorū. Is solùm liber est, qui nulli peccato seruit; seruit autē Deo, cui seruire est regnare.

Caput VIII.

Egestatem summam impio affert peccatum lethiferum.

SPoliat enim eum, gratia iam diuina ablata, charitate primùm, virtutum regina, quæ hominem cum Deo coniungere solet, virtutibusq; alijs omnibus imperat, earumq; officia exercet. Virtutibus deinde Cardinalibus, aliarum cardinibus; donis tandē spiritus Sancti, quę cum gratia infunduntur, eoque fine homini conceduntur, vt eū ad voluntatē Dei promptè exequendam moueant, & vt se frequēter in actionib. virtutum exerceat, adhortantur. Fidē Theologi-

logicam, quæ intellectũ ad credendum erigit, vt & ſpem Theologicam, quoque virtutem, ad æterna ſuſpirantem, non euertit quidem peccatum mortale, occidit tamen ſuo modo, earumq; nitorem & gloriam tollit. Sicque peccatum mortiferum omnia ferè vel aufert, vel labefactat, quæ homini ad ſalutem neceſſaria ſunt. Rectèque proinde D. Chryſoſtomus ſcripſit, *peccãte nihil eſſe pauperius*; ab eo enim aqua ferè omnis effuſa eſt, virtus exaruit, fortitudo in fauillam redacta eſt: cum Samſone cœcus molit, cum Iobo in ſterquilinio ſedet, à planta pedis vſque ad verticem capitis ſanitate caret, vulnus & liuor, & plaga tumens. Ter igitur execrandum eſt peccatum mortale, quod vermis ad inſtar pomum totum cõſumit, vt fermentũ totam maſſam

To. 5. hom. 3. de Prou.

sam corrumpit, vt grando fruges omnes disperdit, vt ventus flores, frondes, fructus decutit, vt naufragium merces omnes eijcit. Quod si virtus aliqua remanere videtur, falsa fictaq; illa est, hypocrisis est, flagitij larua est, virtutis fucus est. Eiusmodi fuit religio & obedientia Saulis coram populo & Samuele, humanitas charitas, & iustitiæ scelus Absalonis aduersus Israelitas; Dauidis ementita beneuolentia in Vriam Ethæum, innocentia, & diuinæ gloriæ studium insolentis Pharisæi in contritum publicanum; Iudæ pietas in seruatorem nostrum. Quæ cùm ita sint, an non dolebit peccator? an non consumet annos suos in gemitibus? Esau irrugijt clamore valido, cùm temporariam benedictionem amisit, & non rugiet impius implacabiliter,

1. *Reg.* 15.
2. *Reg.* 15.
2. *Reg.* 11.
Lu. 18. 10.
Mat. 26. 49

ter, qui cœlesti benedictione priuatus est? Prodigus paternæ substantiæ in cœlum clamauit; & ludio, qui cælestem thesaurũ vno peccati mortalis iactu perdidit, in cœlum gemens nõ clamabit? Clamabit, si sapit, cumq; Iobo dicet: *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta pristinos menses, secundùm dies, quib. Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.*

Iob. 29. 2.

Caput IX.

Memoria peccato mortifero magnam partem intercidit.

MEmoria mater intelligentiæ, rerumq; magistra grauiter originario peccato læsa est, grauius autem peccato mortali actuali læditur, præsertim cùm iteratur repetiturque & vulneri vulnus additur. Ideo verò læditur,

tur, quia in eam obliuionẽ malam inducit, eorum scilicet, quæ quis, vel facere, vel omittere deberet; Obliuionẽ autẽ propterea inducit, quia hominem, ob peccati voluptatẽ, incuriosum reddit, negligentẽ & segnem, vt frequenter nõ consideret id, cuius memor esse debebat; vel nõ curet, ne è mente excidat, cuius memoriam habere oportebat; idq; respectu rerum, vel præteritarum, vel præsentium, vel futurarum; circa ea item quæ ad Deum, se, & alios pertinent. In memoria perpetuò retinendus esset Deus, & ob oculos semper habẽdus; id enim ille à sponsa sua flagitat, cùm sic ait: *Pone me vt signaculũm supra cor tuum, vt signaculum supra brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio.* Cant. 8. 6. Quæ verba Cassiodorus sic exponit: *pone me signaculum supra cor tuum.*

tuum, hoc est, habeto me semper in memoria tua; & pone me signaculum supra brachium, id est, habeto me semper in omni actione tua præsentem. Id autem homo impius nõ facit. Idem, vt beneficiorum est author, in memoria semper esset retinendus. Ad id Psaltes regius

Ps. 102. 1. 2. se hortatur his verbis: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius; qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas &c.* Moyses verò populum Israelin

Deut. 6. 12. hæc verba: *Caue diligenter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis.* Iam impius beneficiorum à Deo acceptorum immemor est; meritòq; in alijs reprehenditur à Prophe-

Ps. 105. 7. 13. 21. ta regio sequentibus verbis: *Non fuerunt memores multitudinis miseri-*

cor-

ricordiæ tuæ. Et: *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius.* Post: *obliti sunt Deum, qui saluauit eos.* Neq; verò ille solùm reprehenditur, sed & cum alijs, ob tantam ingratitudinem, audire cogitur: *Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat,* Obliuiosa etiam hæc moles (homo) timeat ne & Deus illius obliuiscatur, lamentarique olim cogatur cum Dauide, *quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me iniquus, dum confringuntur ossa mea, & exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei &c.* Admiratione prorsus omni dignum est memoriam eum Dei non habere, à quo memoriam habet. Vel ipsa ingratitudo, quæ infame malum est, homini detestandum, iustitiæ inimicum, oppositum legibus, contrarium naturæ,

ps. 49. 22.

ps. 41. 10.

turæ, & Deo odiosum, vitiorum item omnium sordida cloaca, sceleratorum asylum, omnium iniuriarum epilogus, impium in officio cõtinere deberet. Hęc de præteritis. In memoria deinde retinẽda essent, quæ ad cuiusuis officium præsens pertinent, beatumque efficiunt, vt D. Iacobus his verbis tradit: *Beatus, qui non est factus Euangelicæ legis obliuiosus auditor, sed operis* (præcepti, vel voti) *factor.* Id impius quoque negligit, vt & futurorum, quatuor imprimis nouissimorum, memoriam, quæ ipsum à peccatis auocare possent. Vnde facilè conijci potest, quam, qualemue salutis suæ curam habeat, eius enim mentura, memoriæ cura esse solet. Recordationis verò iniuriarũ tenacissimus est, quemadmodum & memoriã apud posteros cõseruandæ, quam tamen

cap. 1. 25.

tamen, vtpote instabilem, perforatoque vasi filiorum Danai persimilem, iure optimo omnes ridere solent.

Caput X.

Imaginem Dei in homine deformat peccatum mortale.

DEus Opt. Max. *consilio S. Trinitatis*, quemadmodum D. Bernardus loquitur, *hominem*, vt Scriptura diuina docet, diuino, immortalique beneficio, *ad imaginem, & similitudinem suam condidit. Imago Dei*, vt tradit D. Augustinus, *in ipsius hominis natura est posita, mente scilicet, quatenus secundum eam ille, intellectu, voluntate, & memoria, vt Deus, præditus est.* Similitudo verò gratia diuina iustificante, virtutumque choro & comitatu continetur, quo Dei imago ornatur, illustris-

De inter. do. c. 67.

Lib. 14. *de Trin. c.* 3.

strisque redditur, virtutum gratia, splendore, & *paternæ substantiæ*, vt Ambrosius habet, *coloribus insignibus*, iuxtà Gregorium Nyssenum, renitens. Imaginem Dei peccatum originale deformauit hoc ipso, quo iustitia & sanctitate cæterisque virtutibus eam, adeoque Dei similitudine priuauit; restitutâ deinde, peccatum mortiferum deformata aliquanto grauiùs, cùm iteratur præsertim sæpiùs eiusque loco illam sumit, *quæ*, vt inquit Ambrosius, loco citato, *ciuitatem Dei intrare non potest*; impioque adeo, peccatum læthiferum coronam de capite decutit, tributarium Diaboli, plus dico, non hominem efficit. De Noe siquidem, proboque adeo quocunque D. Chrysostomus loquens sic habet: *Noe in tanto populo, qui diluuio peryt hominis esse retinuit, quia*

In Hex. l. 6. c. 7.

In Gen.

Hom 23. in Gen.

quia imaginem iustitia & sanctitate ornatam retinuit; *cæteri*, quibus impium adiungimus, *non homines, sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias conuersi, malitiâ voluntatis, generositatem amiserunt?* Onefandum peccatum. O Circen crudelem, quæ licet imaginem Dei non tollat, gratiam tamen diuinam vt & virtutes illi adiunctas, adeoque similitudinem Dei miserè infeliciterque aufert. Faxit Deus, *Eph. 4. 24.* vt impius D. Pauli consilio, *spiritum mentis suæ renouet, & induat nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.*

Caput XI.

Potentia executiua peccato mortali læditur & labefactatur.

NOn respectu mali; impius enim mala plurima facere

solet, & verò *lassatur in via iniquitatis.* Sap. 5. 7. Non ratione etiam boni mortalis, opus enim tale, naturæ quidem suæ consentaneũ facere potest, præmioq; etiã temporali Deus illud afficit. Ratione verò boni supernaturalis, sterilis omnino & infœcũdus est peccator, paralysi dissolutionis laborat, &, vt Samson abscissis capillis, sic impius virtutibus amissis, ad id faciendum infirmus redditur. Non potest enim primò Deum diligere super omnia simpliciter, quæcunq; longo tẽpore occurrere possint, cum eiusmodi dilectione pugnantia, & ab eo, tanquam vltimo fine, auertentia. Non potest item seruare omnia omnino præcepta, omniaq; adeo peccata contraria vitare. Non potest præterea aliquid omnino facere, quod sit vitæ æternæ meritorium, & pro

pœnis

pœnis temporalibus satis factorium, caret siquidem horum omnium caussa & principio, gratia scilicet iustificante. Hinc Deus olim noluit sibi incensum ab impijs offerri; sic enim loquitur: *abominatio mihi est, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine*, id est, peccatis. *Qui abijcit sapientiam & scientiam*, ait sapiens, *infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.* Idē patet ex hac Apostoli sentētia: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Quare impij opera *inutilia* à Propheta appellātur, respectu scilicet mercedis æternæ; *sine quibus adeo caussa & vanè fortitudinem suam consumit*, vt idem alibi docet, *menses item* vt Iob ait, *habet vacuos.* Neq; tamen ideo à bonis

Esa. 1. 13.

Sap. 3. 11.

1. Cor. 13. 3

Esa. 59. 6.

cap. 49. 4.

operibus cessare ille debet; sibi enim suo modo prosunt, & alijs
cap. 7. 3. quoque vtilia sunt. Et quândo respectu operum supernaturalium & meritoriorũ vitæ æternæ cum paralytico iacet peccator in lecto, & cum Lothi vxore in statuam salis conuersus infrugifer factus est, causſam habet, vt cum Samsone humiliter petat à Deo: *Redde mihi fortitudinem meam*, gratiæ scilicet iustificantis, & virtutum, fructum vt efferam, vitæ æternæ meritorium.

Caput XII.

Sensus hominis peccato mortifero vitiantur.

Acceperunt illi quidem, originali Iustitia amissa, damnum aliquod, vt supra attigi, maius tamen & auctius illud, peccatis iteratis indies existit; rati-

rationem namq; agnoscere nolunt, dominari volunt, voluptatem suam, quàm hominis vel vtilitatem, vel necessitatem quærunt libentiùs. Et interni quidem, inferni prodromi, imaginum multarum varietate mentem pænè obruunt. Externi verò quosuis hostes, quantumuis infensos & noxios, ad hominis arcem, animam, Dei sedem, & diuinorum thesaurorum arcam, ad præsentissimum eius exitium, perfidè, & proditoriè intromittunt. Insidiæ omnes, vt in specie aliquid de singulis dicamus, quæ homini struuntur, authore oculo struuntur. Laquei, vt Mazarinus noster ait, quibus ille vincitur arctissimè, grati sunt & iucundi aspectus, non ridigi funes; Satellites immites dirè eum torquentes, oculi sunt, non tor- *In ps. 50.*

tores; venena, quæ ille haurit oculis, non ore haurit; sagittæ, quæ læthalia illi vulnera infligunt, non ab arcu, sed ab oculo mittuntur; flammæ quibus homo torretur, non à fornace, sed ab oculis saliunt; dolores & desideria illi in oculis, non in vasis pigmentarijs, vel officinis miscētur & fiunt. Verbo: oculi inuadunt, confodiunt, interficiunt hominem, eique Deum eripiunt, & fælicitatem sempiternam. *Mors est in olla*, oculo. Auditus deinde malorum lernam secum trahit; sordidas enim merces in magno cordis foro venales exponit, malum non est quanquam atrociſſimum, cui se non prostituat; Vocibus Dei obseratus, sermones spiritales, & ad salutem vel vtiles, vel necessarias fastidit; patulus verò & asininè

4. Reg. 4.

asininè longus est ad propriam laudem, ad nugamenta, ad fabulas &c. Delectatur perceptione rerum curiosarum, rumorum nouorum, vanorum, dicteriorum scurrilium, aculeatorum, infamiũ lapsuum &c. Odoratus per peccatum corruptus est; omnis enim generis lautitias, & suauitates odorum quærit, immemor eius, quod communi veroque adagio dici solet: *qui benè semper olet, malè olet.* Gustatus, qui conseruationi aliâs naturæ necessarius est, peccato sic depravatus est, vt lautities iam, non necessitas quæratur. Cibi oppipari, vitiorum incendia, magna coquorum arte & labore conditi, superfluiq; desiderantur, cum Philoxeno gruis collum, suauitas vt diuturnior sit, optatur. *Venter* non audit, poscit,

appellat. molestus est creditor, Phil. 3. *Deus*, vt Apostolus ait, & Veneris amicus intimus. Tactus deniq; toto corpore fusus, multos habet abusus, corporatarum siquidem delectationum, libidinis inprimis est seminariũ. Tangat peccator, si tangere lubet, Christum Dominũ, quia virtus de illo exit, & sanat omnes. Tangat infernum meditatione, qui tactûs reipsa manet malos.

Caput XIII.

Appetitus sensum sequens, per peccatum mortale deprauatur.

Concitat enim imprimis illum, bello vt intestino dominum suum, rationem, persequatur, sibique subiectum & obedientem efficiat. Milites deinde illi necessarios submittit, amorẽ, odium, concupiscentiã,

abomi-

abominationem, delectationē, & triſtitiam; quorum officium ſit abſolute bona perſequi, & mala fugere. Alios deinde, ſpem nimirum, audaciam, deſperationem, iram, & timorem, qui ſtrenuè fortiterque agant, cùm res in arcto eſt poſita. Illorum dux & Capitaneus eſt appetitus concupiſcens, horum iraſcens: Cerberus biceps ex armamentario Diaboli arma ſuppeditans. Milites illorum penitiùs videamus. Amor concupiſcentis appetitus miles primus, rogus ardens, in quo calefit, cuditur, & perpolitur omne ſcelus, *quæ ſua ſunt quærit, non quæ Ieſu Chriſti; & quidem eò uſq;, vt neceſſitatis alueo* (verba ſunt D. Bernardi) *minimè contentus, in campos voluptatis exundet.* Odium deinde Charitatis venenū, malum vult malo, eoque nutritur; ac cùm in peccati ſolius de-

Phil. 2. 21.

Hom. 4. in Ezech.

testatione, omnemq; viam iniquã ferri deberet, in bonum, malum falsò æstimatum, vim viresque suas omnes exerit. Et in Deũ quidem primò omnium, quem diligere deberet, valido impetu ruit, non in se, sed vt mala ille prohibet, admissaque punit & castigat; deinde in se, *cùm diligit iniquitatem*; in proximum tandem præceps agitur, *homicidaque adeo*, iuxta D. Ioannem, *efficitur*. Concupiscentia seu desiderium, oculorum est petulãtia, pruritus aurium, odorandi voluptas, gustandi suauitas, tangẽdi dulcitudo, totiꝰ corporis mollicies. Huic cõtraria est abominatio siue fuga mali, sensu tamen, non ratione iudicati. De ea illud est: *posuerunt me abominationẽ sibi &c.* Delectatio, seu gaudiũ, aureum est poculum, ex quo bibunt peccatores venenum, & infernũ cum

1. Ioan. Cap. 3. 15.

Psal. 87. 9.

cum Volupia, quam, ceu Deam, gentes olim coluerunt, & nunc mortales nõ pauci adorant. Tristitia affectionũ omniũ pessima est, *exsiccans scilicet ossa*, conficiens penitus hominem, vt plurimum ob rerum temporalium iacturã solam, nõ scelerũ, quorũ pœnitentia salutẽ stabilẽ operatur. Iracscentis appetitus miles primus spes est mala, cùm quis nimium sibi fidit, & in illis rebus collocatur, quas temp° edax & fugax eripit. Desperatio pessima est, siue quisde peccatorũ remissione desperet; siue diffidat se peccata vitare posse. Audacia mala est, cùm quis plus nimio sibi tribuit, maioraq; suis virib" aggreditur, vnde necessariò in multas magnasq; sæpe difficultates incidat. Timor quoq; malus est aliquando, cũ Deũ, peccata &c. nõ timet, timet autẽ corporis & fortunæ

Prou. 17. 22.

2. *Cor.* 17. 10.

dam

damna, &c. Ira homini familiarissima, vindictam perpetuo deposcit, verbis contumeliosis alios inuadit, vel nulla voce emissa, signoue dato in semetipso turbatur, & in alios commouetur. Militibus his fretus & elatus appetitus sentiens, rationem bello minimè bello illato, euertere, hominique adeo interitum & pernitiem afferre molitur. Super hac illius insolentia, rebellione, & licentiosa libertate regius vates, in hæc verba graniter conqueritur: *Miser factus sum, & curuatus sum; lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea*, ob luculentas videlicet plagas in hoc bello acceptas. Et Apostolus, cùm ita scribit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et alibi: *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Et nos, qui naui

Ps. 37. 7.

Ad Rom. 7. 24.

Gal. 5. 17.

vehi-

vehimur eadem, cauſſam quoq; habemus lugendi, lugendi autem? remis & velis laborandi, vt ſedatis compreſſiſque his bellorum motibus, Domino imperante, tranquillitas redeat, vnaq; dominetur, quæ dominari debet ratio.

CAPVT XIV.

Mortiferum peccatum manum ſuam violentam corpori injcit.

QVàm ſit peccatum læthiferum animæ hominis impij noxium, vidimus, videamus quàm ſit idem corpori quoque illius pernitioſum. Trifariam verò corpus, illud lædit, vel Dei, vel animæ, vel ſuiipſius ratione. Quod ad primum pertinet; impedit illud primò (contrà quàm Apoſtolus his verbis præcipit: *Obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, Deo* Rom. 12. 1.

pla-

placentem, rationabile obsequium vestrum)ue corpus Deo dicetur cõsecreturq; per gratiã nempe diuinã viuũ. Deinde corpus, quod D. Paulo authore, *sanctũ est templũ diuinæ maiestatis, & sacrarũ spiritus sancti*, violat. Tertiò, quia depositũ Dei, gratiæ scilicet incomparabilem thesaurum, in corpore disperdit, illudq; adeo inhonorat, Deumq; offendit. Postremò, quia facit, vt homo, corporis ratione, Deo non seruiat, & in eo non exultet. Quod ad secundũ: corpori, animæ respectu, nocet quoq; peccatũ mortale; *aggrauat enim animam corpus quod corrumpitur*, cùm eam potius, ceu illius organum, iuuare debuisset; custodem etiam illud facit legis membrorũ, & carnis, quæ malũ operatur; non finit tandem corpus animæ famulari. Quod ad tertium: Nullũ est peccatũ, quod

1. Cor. 3. 16.

Sap. 9. 15.

corpus,

corpus, sui ratione, non lædat, & ratione quadam à recto statu dimoueat: *superbia quidem*, juxta D. Gregorium, *clamorem habet, amaritudinem in silentio, dissolutionem in hilaritate, furorem in tristitia, inhonestatem in actione, honestatem in imagine, erectionem in incessu, rancorem in responsione.* Auaritia corpus extenuat, & ne marsupium euacuet, necessario alimento & indumẽto priuat. Luxuria corpꝰ exedit atq; conficit. Inuidia corpus tabe consumit, gula corpus grauat, morbos generat, vitam contrahit, dies dimidiat. Ira corpus accẽdit, & quasi furiis exagitat, Acedia ossa ipsa consumit. Verbo: peccatũ mortale corpus morbis innumeris debilitat, vires illiꝰ cõsumit, speciẽ & formã destruit, laborũ longitudine, ærũnarum latitudine, dolorũ profunditate conficit, *amaritudinibꝰ* 34. *Mor.* c. 20.

VI

Thr. 3. 15. vt Propheta ait, *replet*, & absynthio inebriat, *mittit*, iuxta alium, Ezech. 17. 24. *bestias pessimas vsq; ad internecionē, pestilentia & sanguine per illud transeunte, vt & gladio*; infelicissimæ tandem & citissimæ aliquando mortis causſa exiſtit, eamq; cum morte ſecunda & æterna commutat. O peccati mortalis grauitatem & infœlicitatem!

CAPVT XV.

Corporis partibus & membris magna damna facit peccatum mortale.

DE corporis detrimentis, quæ illi à peccato mortifero inferuntur, quædam in genere diximus, de damnis membrorum & partium illius in ſpecie aliquid quoque dicendum videtur. Caput ad arrogantiam effert peccatum mortale cerebrum vertigine rotat, fronti frontem

adimit,

adimit, faciem *ſuper carbones de-* *Thr.* 4. 8.
nigrat, genas inuerecundas red-
dit, ſupercilia ad diuinum con-
temptum inducit, *oculos in fines* *Prou.* 17.
terræ proiicit, naſum ab odore di- 24.
uinorum vngentorum auertit,
aures ad voces Dei obturat, la-
bia veneno aſpidum inficit, os in
fœtidum ſepulchrum permutat,
dentes arma & ſagittas facit, lin-
guam in gladium acuit, colſum
ad ſuperbiam & faſtum exten-
dit, humeros reddit ad labores
impatientes, manus ad labores
efficit pigras, dexteram bonis
caducis, ſiniſtram æternis im-
plet, pectus indurat, dorſum ad *Phil.* 3. 19.
malum incuruat, *ventrem Deum* *Pſ.* 37. 8.
facit, lumbos illuſionibus explet, re-
nes eneruat, femur mulieribus
inclinat, genua irreuerentiæ cal-
lo obducit, pedes terrenis affe-
ctionibus grauat, cor aduerſus
ſemetipſum limam efficit, viſce-
ra im-

ra implet crudelitate, fel amaritudine, splenem flaua cholera, iecur concupiscentia, ossa impotentia, adipem indeuotione, carnem rebellione, sanguinem carnificina. Ad verticem denique vsq; capitis hominem, qua corpore constat, cõstuprat. Hinc:

A summo capitis, pariter pedis vsq;
deorsum,
Ad plantam, sanum nil superesse
reor.

Impius tandem ipse, serpentum in morem, puluerem terræ esitat, Diabolique etiam est cibus, quem, vt leo circumiens quærit; veste tandem gratię abiecta, maledictione ceu vestimento induitur, & in lecto, cuius operimentum vermes sunt & tineæ, sopore graui, in capite omnium altum stertit, & stertens interficitur, vt Isboseth,

Ca-

CAPVT XVI.

Homini peccatum mortale infamiam inurit.

SPlendor nominis & famæ in bonis ponitur, recteq; ac laudabiliter à bonis expetitur. Testis huius rei est diuina scriptura: *Curam habe, ait Sapiens, de bono nomine; hoc enim magis permanebit quã mille thesauri pretiosi & magni.* Et: *Melius est nomen bonum quam vnguenta pretiosa.* Hoc nomen peccato mortifero obscuratur, impiusque adeo ipse vilis & ignobilis efficitur, juxta illud: *Quicunque honorificabit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, ignobiles erunt.* An enim ignobilis ille non est, cuius pater Diabolus est? impij verò progenitor ille est, vt in S. litteris asseritur: *Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria eius vultis perficere.* Annõ ignobilis ille

Eccl. 41. 15.

Prou. 22. 1.

1. *Reg.* 2 30.

Io. 8. 44.

ille est, cuius patria ignobilis est. Est autem impij talis; *est enim de deorsum, nomenque habet scriptum in terra.* Ignobilis deinde & vilis an non in se etiam est, quippe Diabolus, eoq; peior; quia rursum animam habet, pulchritudine & similitudine Dei destitutam, imaginemque ad nihilum redactam, vt & ad vilitatem corporis depressam? intellectum feris exæquatum, impiumque adeo rapinâ lupum, irâ canem, astutiâ vulpem, furore leonem, timiditate ceruum, leuitate auem, lasciuiâ aprum, insipientiâ mulũ, pigritiâ asinum; voluntatem virtute destitutam, vt & libertate; memoriam memoriâ, potentiam potentiâ, sensus freno, appetitum sentientem obedientiâ, carnem subiectione? Ignobilis rursum & vilis an non est peccator in omni actione sua? à Deo

Io. 6. 70.

Ps. 72. 20.

Deo enim perfidus desciscit; ei creaturas impius præponit; aduersus eũ rebellat; summũ bonũ cõtemnit; spiritum sanctum cõtristat: Christum non iam triginta argenteis, sicut Iudas, sed multò minori pretio vẽdit; pro Barraba, vel Diabolo potiùs cõmutat; authorem vitæ, quo ad se, denuo crucifigit. Ignobilis tandẽ & vilis an non est peccator suâ vel conscientia, vel testimonio? post peccatum enim se abscõdit, nec propalare illud audet, odio deformitatis & infamiæ: accusatus factum negat; in flagranti crimine deprehensus, illud excusat; si id non detur, imminuit, in alium reijcit; si illud non possit facere, optat vniuersum mundum esse cœcum, aut pariter malum, ne solus peccasse videri possit, ignomiam adeoque & infamiam incurrere. Sed *cum villico* Luc. 16. 1.

diffamatus est apud Deum, infamiæq; notam euitare nõ potest, non in hac tantum vita, sed & post eam; in nouissimo enim die, in illo orbis theatro, omnium risui & ludibrio expositus, sententiam damnationis accipiet, & à beatorum gloria exclusus, terræque vili per grauitatem comparatus, in infernum, æternum deprimetur infamis.

Caput XVII.

Externa fortunæ bona peccato mortali pessundantur.

OPes primùm & diuitias pessundat peccatũ læthiferũ. Exempla in promptu sunt: mundus totus diluuio fuit absorptus, ciuitates quinq; igne absumptæ, indurata Ægyptus auro & argẽto spoliata, Iebusæi ac Chananæi regionibus suis exuti, infelix Hierosolyma solo æquata. Quot

Gen. 7. 19. Exo. 12.

alia.

alia temporalia damna dederint bella, terræmotus, funeſtæ maris tẽpeſtates, diluuia, ignes, flumina, grandines, ſagittæ, turbines, furibundi venti &c. infinitũ eſſet enumerare. Mundus totus calamitatibus & ærumnis obſeſſus, ludibrio fortunæ expoſit⁹ agitatur: creaturæ impio nõ arrident, iratæ hilarem contrahunt frõtẽ, pluraq; & maiora illi, qui in *cathedra peſtilentiæ ſedet*, & minantur & machinantur. Conceptum deinde filiorum & ortum, poſteritatis ſpẽ, impedit Deus, in cuius ira furoris indignatio effũditur; ſic neceſſarios Pharaonis ſteriles fecit, quia Sarã viro ſuo abſtulerũt. Prole Dauid, ob patratũ à ſe ſcelus, orbatus fuit; Heli itẽ liberis ſuis, quos nõ caſtigauit. Imperia rurſ⁹, regna, principatus & ditiones integræ ob peccata amiſſæ ſunt. Aſſiriorũ imperiũ, vt ait

Pſ. 1. 1.

2. *Reg.* 12. 18.

Cap. 4. 18.

In Ps 50. Mazarinus noſter, in Sardanapalo defecit, ob laſciuiam eius effœminatam; regnum Medorũ in Aſtyage, propter crudelitatem & parricidium; Perſarum in Dario, propter intolerabilem eius faſtum; Macedonum in Perſeo, propter crebras eius rebelliones, Romanorũ in Tarquinio, ob effrenẽ eius libidinẽ; Iudæorum in Herode, propter impias idololatrias, & mortem Chriſto ſalutis noſtræ vindici illatam. Ingens ille coloſſus Babylonis, auro, argento, ære, ferro, luto conſtans, variaq; regna ſignans, contritus & in fauillam redactus eſt. Prægrandis illa, pulcherrima, & fœcundiſſima arbor, per Danielem regi oſtenſa, ramis fuit ſpoliata, floribus, foliis, ſucciſa tandem & fermè euulſa, ni Deus clementia ſua multa facinus præueniſſet, & Nabuchodonoſorem conſeruaſſet.

uaſſet.

uasset. Etsi verò adforet aliud nihil, extra omnem aleam, diuisio est extrema ruina & vastatio priscorum clarorumq; regnorum. Sed vnde diuisio nisi à peccato? *propter peccata terræ*, ait Sapiens, *multi principes eius*. Iusta autē animaduersione eius, *in cuius ira astendit fumus, & carbones ab eo accenduntur*, id accidit, quod adhuc dictum est, quoniam æquitatis lex postulat, vt temporalibus bonis illi priuentur, qui eis abutuntur; & vt non dominetur in terris, nec vllo singulari honore præfulgeat, qui summo cœli ac terræ Monarchæ subditus esse renuit, neque cæteris mortalibus dignitate & gloria antecedat, qui per peccatum se bestiis similem fecit. *Horrendum igitur est incidere in manus Dei viuentis*, peccataque castigantis. *Psal.* 17. 9. *Heb.* 10. 31.

CAPVT XVIII.

Deus impium afficit mala infælicique morte corporis.

MOrs corporis, parca crudelis, homini à natura cõgenita non est, sed peccati primi in Deum commissi, nefarij scilicet patris, infœlix filia. Ita enim primo homini dictum est: *In quacunque die comederis, morte morieris.* Habetur & illud in scriptura diuina: *Inuidiâ Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Et hoc: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Mors hæc in quibusdã, piis scilicet, bona & fœlix est; in aliis, impiis nimirum, mala & infœlix esse solet. Mala & infœlix multis variisq; modis esse consueuit; quædam enim violẽta est, non naturalis. De hac illud

Gen. 2. 17.

Sap. 2. 24.

Rom. 5. 12.

Ps. 72. 18.

in

in S. litteris habetur: *Veruntamen propter dolos posuisti eos, deiecisti eos dum alleuarentur.* Et: *Quia ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Et: *Qui malignantur exterminabuntur.* Exempla diuinæ iustitiæ, quæ pauore & honore plena sunt, & in diuina scriptura produntur, inq; vulgus nota sunt recensere animus non est. Innumeri enim præter diluuio deletos, Coricas, Sodomitas, & assecias Dathan & Abyron, vel ferro, vel flammis, vel aquis, vel fame, vel aliis modis, ob nefanda peccata perierunt, & quotidie pereunt. Mors alia abbreuiata est; licet enim Deus *ab æterno mensuratos habeat vniuscuiusq; apud se annos*, vt regius Proph. ait, *imo & menses, dies, horas, & momẽta, in quib⁹ quisq; moriturus sit, præteririq; etiã non possint*, secundùm Iob; decreto tamen suo

11.27. *Ps.* 36.9. *Ps.* 38.6. C.14.5.

suo diuino, nonnullis dies, quibus supra terram, iuxta naturalem suam inclinationem, viuere poterant, vel abbreuiat, vel producit & prorogat, impiis tamen quibusdam abbreuiat, statoque adeo tempore non moriuntur. De his illud est: *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et hoc: *Dum adhuc ordirer succidit me*, longas scilicet telas vitæ. Nonnulla est mors cita omnino, & inexpectata. Id indicat Iob, de quodam enim impio Tyranno loquens, tale de eo iudicium tulit: *Auferetur spiritus oris sui*, id est, morietur sospes beneque valens, adeoque repente. In puncto, ait idem, ad inferna descendunt; Amara item quædam est mors, de qua Sapiens sic loquitur: *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua.* Mors tandem aliqua est, quam

Ps. 54.24.

Cap. 15.30.

Cap. 21.13.

Eccli. 41.1.

quam mors secunda excipit, pes- Ps. 33. 22.
sima scilicet, in inferno, quando Ps. 141. 8.
impius non moritur ad confi-
tendum Domino, nec in manus
Dei spiritum commendat, sed
Diaboli, cui in vita seruiuit, & à
quo præmium quoque accipit.

Caput XIX.

Peccator, exacta hac vita, particulare judicium durum subire debet.

Miseriarum & calamitatum plaustra, quæ nō Pandora, vt Poetæ finxerunt, sed peccatū mortale vt scriptura diuina docet, in hāc vitā inuexit, hominē sufficienter nō castigāt, horrēdæ aliæ pœnæ eum post mortem Sathanæ filiam, crudelemq; Megæram, manent. In ijs est primùm est priuatum particulareq; iudicium, in quo, juxta D. Paulū, & 2. Cor. 5 10.
communē Orthodoxorū sentētiam, & sensum cōsensumq; vnanimē omniū fideliū, peccator so-

lus, & quo ad animam solam, statim atq; è corpore discessit, particulare damnationis sententiã, à Christo Domino, qui, vt D. Petrus ait, *constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorũ, & cui,* secundũ Ioannẽ, *pater omne iudiciũ dedit,* inuisibiliter, absolutè, & irreuocabiliter, eo loco, in quo mors eum occupat, præsente Angelo custode, & accusatore lætitia gestiẽte, accipit. Habet id iudicium ingẽtes confusionis & desperationis causas; primùm enim clarè tum anima, nimirum tamen serò, intelliget grauitatem & prauitatem suorum peccatorum, adeoque cæcitatem, stultitiam, & temeritatem suam, qua ausa fuit, tam facilè, tam leuiter, tamque friuolas & futiles ob causas, tot, tamq; grauia & enormia in Deum peccata committere, & in abyssum cõsequenter æternæ dã-

Act. 10. 42.

Cap. 5. 22.

natio-

nationis se præcipitē dare. Maledicet proinde diei, in quâ peccauit; occasioni, quæ ad peccandū viam aperuit, ei, qui vt peccaret causſam dedit, delectationi, quę vt peccatum admitteret, illexit; consuetudini tandem, quæ peccata & fouit & auxit. Intuebitur deinde anima infœlix, in præsenti hoc suo alterius sæculi statu, eoque miserrimo & horrendissimo, se nudam, inermem, ream, à Dei, beatorumq; omnium consortio separatam, vndiq; malis septam, inter occursantes teterrimos, & igniuomos Dæmones truceſque tortores, corā tribunali irati Iudicis solam, sine cuiusquam prę-sidio constitutam, & ad inferorū sedes æternū mox deturbandā. Proponet inde sibi locum vastum & profundum, atrum tenebris, & pœnis horrificum, quasi

oceanum quendam flamma & fumo vndantem. Audiet tandē Iudicis sententiam, iustūq; eius iudicium, quod celerrimus eius ad inferos raptus excipiet. Hæc omnia, quisquis es, jam dum tempus est, cordi tuo imprime, & cogita quale malum sit ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium Societate priuari, fieri patriæ cœlestis extorrem, mori vitæ beatæ, morti viuere sempiternæ, in æternum ignem cum Diabolo & Angelis eius expelli, vbi sit mors secunda damnatis exilium, vita supplicium; nō sentire in illo igne, quod illuminat, sentire quod cruciat, exundantis incendij terribilis crepitus pati, barathri fumantis cœca caligine oculos obcœcari, profundo gehennę fluctuantis immergi; edacissimis in æternum dilaniari ver-

vermibus, nec finiri. Hæc& similia multa cogitare nihil est aliud quàm vitijs omnibus repudium dare,& omnia blandimenta refrœnare.

Caput XX.

Peccator post hanc vitam iudicium diei nouissimi subibit.

Post particulare iudicium, quod priuatum & inuisibile est, vniuersale aliud publicum & inuisibile sequitur, horrendus scilicet humanæ tragœdiæ actus vltimus, cui peccator in suum malum interesse debet. Eum aptè, vt mea quidem fert opinio, sacrisq; scripturis conuenienter cognoscemus, si quæ in humano huius vitæ iudicio, fieri publicè & solenniter solēt, ob oculos ponamus ; solet.n. Deus, quæ supernaturaliter no-

De cœl. hier.

biscũ agit, vt D. Dionysius Areopagita ait, ad modum rerum naturalium, certa proportione instituere, adeoq; par quoque est credere, eundem processum in generali iudicio eum seruaturũ, quem Iudices huius mundi publicè & solenniter, in iudicando adhibere consueuerunt. Iam vt ritè in humanis publica solennisque iustitia administretur, octo generatim requirũtur; quædam in primis, quæ terrorem inijciunt, vt est armatorum strepitus, campanæ pulsus &c. Iudex deinde cum assessoribus; tertiò reus; accusator, testes, aduocatus, Iudicis sententia, & eius executio. Eadem in generali iudicio cernere est. Impendentis primum iudicij signa prænuncia multa sunt; post abominandam enim Antichristi in Ecclesiam persecutionem, *virtutes* cœlo-

cælorum, hoc est, Angeli *mouebuntur*, motu vel timoris reuerentialis Dei, vel admirationis, vel iræ & odij aduersus peccata impij; *cœli magno impetu transibunt*; *sol obscurabitur*, tetroque & ferrugineo amicietur velamine; *Luna non dabit lumen suum*, sanguinique similis erit; *Stellæ cadent de cœlo*; *ignis succendetur in furore ipsius, & ardebit vsque ad inferni nouissima, inflammabitque in circuitu inimicos eius*; aer fulgurabit & grandines; aquæ turbabuntur, earumque erit sonitus, & horribilis fremitus. *Terra cõmouebitur* cum fragore saxorũ, trajectione mõtium, valliũ cõplanatione, vt omnia perhorrescãt animalia; homines horrore & pauore cõfusi per vias tanquam mente alienati ambulabunt, & attoniti quasi effigies saxeæ sine spiri-

Mat. 24.
2. *pet.* 1.
Esa. 3.
Ezech. 32.
Apoc. 6.
Deut. 32.
ps. 96.
Apoc. 16.
ps. 45. 96.
Esa. 13.
Hier. 4.
Lu. 21.

ſpiritu ſtabunt; *catena qua alligatus eſt Satanas ſoluetur*, Denique ſonus magnæ tubæ, quo mundus totus perſonabit, horribiliſque illa vox audietur: *Surgite mortui venite ad iudiciũ*, eâ exciti, omnes omnino mortales aderũt, *vt recipiat vnuſquiſq; prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonũ ſit, ſiue malum.* Iudex, qui ad iudicium venit, *triumphator eſt in Iſrael*, Chriſtus Dominus noſter, ſapientiâ, iuſtitiâ, & potentiâ infinitus, ſeuerus, terribilis & inexorabilis. Venit autem regio S. Crucis vexillo admirando præeunte, *cum poteſtate & maieſtate magna.* Angelis, ſenibus populi, & principibus ſuis comitatus, in throno ſuper vallem Ioſaphat ſedens. Reus, impius eſt, qui in peccatis ex hac vita diſceſſit, à ſiniſtris hœdus collocatus, hic videns eum quem pupugit Chriſtum iudicẽ, & con-

1. *Reg.* 15.

fixit,

fixit, vt & insignia supplicij olim sui, pauens & dolens, optabit à montibus obrui, & à collibus cooperiri, imo in nihilum redigi. Accusator Dæmon est, qui in hanc sententiam coram iudice contra reum perorabit. Iuste iudex, tuus hic est per creationem, meus autem per culpam, tuus per naturam, meus per inobedientiam; maluit audire seductionem meam, quàm legē tuam, tuas leges seruare noluit, meis autem præceptis obediuit, iure igitur meus est, mihi seruiuit, à me mercedē quoque accipiet. Quod si mihi dicenti fides non habetur, adsunt testes, dent veritati, quam ego profero, testimonium. Qui illis? Tu ipse, Iudex iustissime, cuius iudicium verum est; Angeli, qui præsentes omnibus fuerunt, & viderunt; homines alij qui contra

tra eum stant; reus ipse, eiusque conscientia aperta, ipsumq; conuincens. Aduocatum, præterse, habet nullum; in sui autem
Lu.13.26. defensionem hæc afferet: *Manducaui coram te, & bibi, in platcis*
Mat.7.22. *meis docuisti, &c. in nomine tuo eiecimus*
Rom.8.1. *dæmonia, virtutes multas feci, nihil ergo damnationis est ei, qui est in Christo &c.* Sed cùm delicta sint manifesta, lex euidens, articuli infiniti, defensio friuola, excusatio stulta, appellatio vana, iudex incorruptus, fauores inutiles, executio festina, in eum hæc
Mat.25.41. profertur sententia: *Discede à me maledicte in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* Pronunciata hac sententia, & ab assessoribus, iudicibusque secundarijs approbata, quemad-
Num.16. modũ Dathan & Abyron cum
32. suis, terra dehiscente, ab inferno deuorabitur viuens, & in eo

æter-

æterna ſupplicia ſuſtinebit. Sic peccati fructus eſt accuſatio, meritum, iudicium, præmium, condemnatio, finis, ſine fine pœnæ. Hæc apud animum tuum cogita, ô peccator; Verum *viri mali*, vt ait Sapiens, *non cogitant iudicium, qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.* *Prou. 28.5.*

CAPVT XXI.

Damnatus æternum cœli aditu prohibetur.

DVo, in genere, mortali peccato inſunt mala, auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturas; derelinqt enim impius, vt Propheta docet, *fontem aquæ viuæ, & fodit ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere aquas non valent, duplici ergo contritione meritò ille conteritur*, vt idem Propheta ait; vna auerſioni à Deo reſpondet, & dici- *Hier. 2.13.* *Cap. 71. 18.*

dicitur pœna damni; conuersioni altera ad creaturas, & pœna sensus appellatur. Vtramque sententia in reum dicta manifestè indicat. De priori hoc capite, insequenti de posteriori agemus. Pœna damni sempiterna beatitudinis priuatione continetur, vt & cœli aditus empyrei; loco scilicet, qui ornatu est amœnissimus, situ altissimus, spatio amplissimus, materia præstantissimus, operâ Dei, omni ex parte perfectissimus, mundi miraculum, naturæ prodigium; qui ad securitatem

Ps. 147. 13. *seris portarum ita confortatus est, vt*
ad eum malum nullum accedere pos-
Ps. 90. 10. *sit; quem non sol, sed claritas Dei, &*
lucerna, & agnus illuminat; in qua
Apoc. 21. 23 *gloria & diuitiæ sunt; Vita,* vtD.
Ps. 13. 3. Augustinus scribit, *sempiternè be-*
In Man. c. 7. *ata, gaudium sine mœrore, requies*
sine labore, diuitiæ sine amissione; in

qua

quo, iuxta D. Anſelmum, *vita eſt ſine morte, iuuentus ſine ſenectute, ſanitas ſine infirmitate, requies, ſine labore, gaudium ſine triſtitia, pax ſine diſcordia, lux ſine tenebris, delectatio ſine faſtidio, agilitas ſine ponderoſitate, fortitudo ſine imbecillitate.* In quo, vt aliquid in ſpecie etiam dicamus, anima beati, diuinitatis oceano abſorpta, quatuor eximijs ornatur dotibus, viſione clara Dei, amore, comprehenſione & delectatione ſempiterna; Intellectus Deum bonũ omne, *ſicuti eſt, facieque ad faciem*, hoc eſt, clarè atque diſtinctè videt; Voluntas lætitiâ adimpletâ, *gaudiũ Domini intrat, eoque potatur, ſatiatur, inebriatur*; Memoria beneficiorum nunquam obliuiſcitur; potentia Dominum ingreditur; ſenſus voluptatibus omnib. perfundũtur; Viſus ſuperius regem plenum gloriæ, ſubtus cœlum ſide-

Lib. ſimil. c.16.

Exo.33. 19. 1.c.3. Io.

sideribus variegatum, ad latu Angelos & sanctos, ante æternitatem nunquam finiendam, & post felicitatē nulli alteri comparandam cernit; auditus percipit iubilum perpetuum, *vocem exultationis & salutis in tabernaculis iustorum, canticum nouum Alleluia,* suauem harmoniam, dulcem melodiam; gustatus Deo trino & vno sancto conuiuio, desideratissimisque epulis satiatur; Odoratus *in vnguentorum odore currit*; Tactus, sine amissionis periculo Deum comprehendit; appetitus sensus *in pascuis vberrimis, mensura bona & conferta, & coagitata, & supereffluente expletur*; Corpus perfectum numerisq; omnibus absolutum, & gloria incōparabili rutilās, corpori claritatis Christi configuratur; Caput immarcessibili iustitiæ corona de lapide pretioso fulget; facies

ps. 117, 15.

solis

solis instar splendet; oculi, vt astra, scintillant; collum immortalitatis torque micat; digiti æternitatis annulo induũtur; corpus glorię vestimentis indutum, stolaque immortalitatis circundatum, regiam dignitatem præferens, eximijs quatuor dotibus ornatur, impatibilitate, subtilitate, agilitate, & claritate. Et quando societas amicorum ad omnem omnino fœlicitatis perfectionem necessaria est, & illa in cœlo nõ deest, Christus scilicet Dominº, quâ homo est, *candor lucis æternæ; mulier amicta sole, & corona duodecim stellarum*; purissimæ mentes, in suos choros descriptæ, Seraphini nempe, Cherubini, Throni, Virtutes, Dominationes, Potestates, Principatº, Archãgeli, & Angeli, Patriarchę, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Cõfessores, Virgines, Innocẽtes,

tanto-

Apoc.7.9. tantonumero, *nemo vt eos*, D. Ioanne teſte, *dinumerare poſsit*, tanta pulchritudine, quanta à mortalibus cogitari nequit, caritate tanta, nemo vt minus de gloria aliena, quàm de ſua gaudeat. Iam beatitudine hac omni peccator, *ſignatus charactere peccati beſtiæque nomine notatus*, per omnes ſæculorum æternitates, carebit, exilioq; adeo cœli perpetuo, & pœna damni plectetur. Id aſſe-

1. Cor.6.9. rit D. Paulus in his verbis: *An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſsidebunt. Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſsidebunt.* O miſerum terque infœlicem peccatorem; inferni ignē timet, ſed D. Chry-

Hom. 47. ad pop. ſoſtomus, *amariorem gloriæ amiſſionem* ducit, addens: *Qui non nouimus*

uimus magnitudinem cœlestium bonorum, nõ possumus intelligere, quantum sit malum illis priuari.

Caput XXII.

De impio, cui adhæret sedes iniquitatis, ferale supplicium, animæ ratione, in inferno sumitur.

IMpius *deletus de libro vitæ, libro autem inscriptus, in quo sunt lamentationes, carmen & væ*, morte infœliciter obita, cœloque exclusus, æternæ damnationi, quo ad animã addicitur. *Timidis*, ait Ioannes, *& incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti, igne & sulphure, quod est mors secunda*; adeoq; impius ad Diaboli regiam transmittitur, cuius porta est desperatio, custos Cerberus, aula carcer, tapetes tenebrę, *Apoc. 21.8.*

mensæ vincula, cibus fames, potus sitis, famuli Megæræ, horologium vlulatus, lecti ignes, ordo chaos confusionis. Hanc regiam aliter describit D. Bernardus his verbis: *O regio dura & grauis, regio extimescenda, regio fugienda; terra obliuionis, terra afflictionis, terra miseriarum, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat; locus læthifer, in quo ignis ardens, vbi frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, horribiles Dæmonum facies, totus tremo atque horreo ad memoriam istius regionis, & concussa sunt omnia ossa mea.* Eandem & Hugo de S. Victore sic depingit. *Infernus latus est sine mensura, profundus sine fundo, plenus ardore incomparabili, ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali; omnis qui in eo est odit se,*

Serm. de S. region.

Lib. 4. de anima, c. 13.

& om-

& omnes alios, ibi omnia genera tormentorum, quorum minimum maius est omnibus tormentis, quæcunq; in hoc sæculo fieri possunt. Sed animæ eiusque facultatum, quod nobis in hoc capite propositum est, pœnas in specie breuiter videamus. Anima ergo in lacu igne ac sulphure æstuante, ceu sepulta detinetur, grauissimisque doloribus, & iugi ægritudine torquetur; Intellectus tenebris excœcatus, ad ea duntaxat comprehendenda valet, quæ dolorem augere, non minuere possint; Voluntas in rabiem conuersa, blasphemias horrendas in Deum, Christum, sanctos euomet; in alios diras execrationes torquebit, moreque canum arrodet. Memoriam bonorum amissorum, præsentiumque & futurorum recordatio excarnificabit.

Potentiam executricem compedes constringent, eiq; ingentem dolorem afferent, quod ni possit ex cruciatibus maximis emergere ipsa, nec alij illam ex eis liberare. Sensus internos phantasmata horribilia, & in ijs imaginationem, imagines flammarum æternarum cruciabunt. Appetitum sentientem absentia omnium desiderabiliũ dirè torquebit. Quæ omnia vel saxa emouere, & adamantina pectora emollire ad pœnitentiam deberent.

CAPVT XXIII.

Damnatus corporis ratione diras sceleru pœnas pendet.

IN vasta illa & profunda, tenebrisq; & pœnis horribili, quasi oceano quodam, flamma & fumo vndante regia, impius, quo ad corpus, Dæmonum atrocitati

tati & crudelitati ſubiectus, inauditis cruciatibus affligitur, laceratur, conficitur, igneq; ac frigore acerrimo torquetur, & ſine intermiſſione temporis, magnis dolorum acerbitatibus vexatur, exquiſitis tormentorum varietatibus deprimitur, intolerandis ſuppliciorũ crudelitatibus proſternitur. In ijs principem locum habere videtur ignis horrendus, præ illo vt materialis noſter velut pictus videri poſſit. De illo, audi peccator, quid Dominus dicat: *Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante? quis habitabit ex nobis cum ardoribus ſempiternis?* Si leuiſſimum hunc noſtrũ vel manibus attingere reformidas, quomodo horrendum illum perpetuò ſine fine feres? Sed ſigillatim videamus, & verò ſentiamus corporis tormenta, ſenſuum maxime ratione, qui *Eſ.* 33. 14.

in corpore fixam sedem habent. Visus horrendis tenebris, fumoque fornacis magnæ torquebitur; & si quis eius est aspectus, & ille ingentem dolorem ei affert, cuiusmodi est horrendorũ spectrorum, cacodęmonum, inimicorum &c. Auditus suos etiam cruciatus habebit; semper enim audiet inconditos Dęmonũ clamores, tortorũ importunas voces: percute, dilacera, injice prunis, ebullientibus impone lebetibus &c. damnatorum blasphemias, conuicia, maledicta, vlulatus, rugitus, mugitus &c. Gustus canina laborabit fame, sitiq; intolerabili cruciabitur; *bibet tamẽ*

Psal. 58. 7. *semper de vino iræ Dei, quod mixtum est mero; igniq; grando, glacies & spiritus procellarũ pars calicis eius.* Odoratus nõ nisi mephitin percipit,

Esa. 3. 24. & tetrum odorem: Erit, vt Propheta ait, pro suaui odore fœtor.

Tactus

Tactus & suũ corpore toto cruciatum ab igne maximè. Caput deinde dolebit acerrimè, dentes stridebunt, stomachi dolor erit durissimus, podagra intolerabilis, ossa & latera malleis & vectibus cõminuentur; cor vermis rodet & corrodet semp, opprobrabitq; scelera cõmissa. Sed serò sapiẽt Phryges. Vbi deinde fama? vbi honor? vbi gloria? opprobrium sempiternũ datur impio. Qui eius erunt serui? nulli, mãcipium ipse erit miserrimum Dæmonum. Quos habebit amicos? nullos, eũ omnes odio plusquam Vatiniano prosequentur. Quis eius princeps? quis Dominus? à fœditate & truculentia Draco, à nocendi desiderio leo rugiens, à magnitudine & potentia Behemoth, ab ira magna Diabolus; is denique, *qui fluuium absorbet, & habet fiduciam,* *Mat.* 8. 12. *Iob.* 40.

quod Iordanis influet eius, ex cuius oculis flãma, ex naribus fumus, quasi ex feruente olla, & ex ore ignis horrificus longè lateq; spargitur, cuius vires tanta sunt, vt neminem timeat, tanta malitia, vt nemini parcat, tantum nocẽdi desiderium, vt nihil præter cruciatus, pœnas, supplicia cogitare possit. Quos qualesue socios habebit dãnatus? improbos; deformes, in fœlices, rabie incensos, malitia obstinatos. Quid? serpẽtes, dracones, basiliscos, mõstra horrẽda, furias, obuersantiũ dæmonũ laruas, multitudine infinitas, deformitate teterrimas, qui odio in damnatũ perpetuò flagrãtes, pro potestate sibi cõcessa pœnis pœnas, doloribus dolores accumulãt. *Cruciatus hos omnes,* consilio D. Chrysostomi, *versa ô peccator, non enim sinet in gehennam incidere, gehenna semper meminisse.*

Hom. 31. ad Rom.

CA-

CAPVT XXIV.

Inferni tormenta perpetuò durabunt.

ASserit id prima & æterna veritas, cùm in damnandos hanc fert sententiam: *Ite maledicti in ignem æternum.* Et D. Ioannes, cum ita scribit: *Cruciabuntur* (damnati) *die ac nocte, in sæcula sæculorum.* atque adeo sine interruptione, sine diminutione, sine quiete; imo augebitur cruciatus accidentariò, accedentibus semper nouis damnatis. Ideo verò pœnæ inferni perpetuæ erunt, quia culpæ, quibus cum impius ex hac vita decessit, perpetuò manent; nulla enim vera pœnitentia, qua illæ tollantur, in inferno esse potest; neq; ei aliena satisfactio cõmodare potest, à Deo non acceptanda. Culpa item infinita est, infinitamque

Apoc. 20. 10.

adeo meretur pœnam; alias inter culpam & pœnam æqua non esset proportio. Peccator item, qui impœnitens moritur, quantum in ipso est, vellet perpetuò manere in suo peccato si posset; iusta ergo est pœna æterna, imo minor adhuc est, quàm ei debeatur; malũ enim culpæ maius est omni omnino pœna. Vnde à Theologis dici solet: *Deum citra condignum impium punire, vltra condignum beatum præmio afficere.* Ideo rursum pœna est æterna, quia damnatus sibi necem afferre nõ potest, neque alius illum perimere. Quia rursum Deus id decreuit, *qui immutabilis est*, & vt Propheta ait, non flectitur, neque parcit, neque miseretur. At inferni locus perpetuò non durabit? durabit; *terra* enim, in cuius medio infernus est, *in æternum*, vt Sapiens ait, *stabit.* Ignis

Hier. 21. 7.

Eccl. 1. 4.

forte

forte aliquãdo extinguetur? nõ extinguetur; *flatus enim Domini*, iuxta Prophetam, *sicut torrens sulphuris succendet eum, impiumque coburet, & non consumet.* Æterna ergo pœna damnatos manet. O æternitas, quem tui consideratio non mouet ad mala deserenda, & bona facienda vel cor, vel fidem non habet. Vt peccator vtrumque habeat, vel aurea hæc D. Prosperi sententia mouere posset. *Cogita quale malum sit ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate priuari, fieri patriæ cœlestis extorrem, morti vitæ beatæ, morti viuere sempiternæ, in æternum ignem cum Diabolo & Angelis eius expelli, vbi sit mors secunda damnatis exilium, vita supplicium; non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat,* Es. 30 33.

Lib. 3. de Vita contemp. c. 12.

ciat, exundantis incendij terribilis crepitus pati, barathri fumantis cœca caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi, edacissimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri. Hæc & similia multa cogitare nihil est aliud, quàm vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia deuitare. Atque hæc de libro quarto, postremus sequitur.

DE IN-

DE INFINITA GRAVITATE PECCATI MORTALIS.

LIBER QVINTVS.

Graue esse peccatum mortale cognoscitur postremo ex acribus & asperis remedijs eius.

CAPVT I.

Nulla creatura pura potuit iustũ condignumque remedium ex se afferre peccato mortali.

HOmo peccati mortalis medicinam, & acrem, & asperam, à Deo, & à se petere debet. A priori initium sumamus. Peccatum mortiferum, quod mundo interitum attulit, (de

hoc enim in præsens agimus nec ignis, qui omnia consumit, nec aer qui omnia corrumpit, nec quæ omnia absumit aqua, nec terra, quæ omnia in putredinem redigit, consumere, corrumpere, absumere, & in putredinem redigere potuit; neq; sexcenta Anticyrica & elleborica curare potuerunt. Homo deinde ipse, neque naturæ fortitudine, neque intellectus sublimitate, ingenij acie, claritate lucis, & profunditate scientię, potestate volũtatis, & dominio libertatis ex sordium suarum volutabro exurgere, & in Dædalæis Labyrinthis implicitus exire potuit. Conatus quidẽ est illud succidere & euellere ceu stirpem syluestrẽ, nil tamen effecit, percussum repercussit, irritatũ prostravit, si caput vnum sustulit, alia, hydræ lernensis instar, repullu-

rarunt.

rarunt. Ex luto fœcis emergere voluit, sed non valuit, *vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec fota oleo, nec curata medicamine.* A peccato siquidē stetit naturæ corruptio, intellectꝰ dānosa ignorātia, vt & sapientia carnalis, *quæ est inimica Deo, & quā* D. Iacobus *terrenā, animalē & diabolicam vocat*; volūtatis innata malitia, memoriæ obliuio, potentiæ ferrum retusum, appetitus sentientis debilitas, carnis aduersus spiritum pugna, legis tandem membrorum in mentis legem dissidium; sicque homo velut alter *Ionas in ventre Ceti iacens*, &, vt D. Augustinus loquitur, *sub molibus & fluctibus iniquitatum suarum constitutus*, ex se propriaque virtute neq; respirare, neq; opē sibi aliquam, vt inde emergeret, ferre potuit. Hic illi locus, hæc sors mansit, erebiq; tandem pro-

Esa. 1 6.

Cap. 3 15.

profunditas, pauperrimus omnino, mortaliumque omnium miserrimus. Id iudicat Propheta his verbis: *Perditio tua Israel, ex me tantummodo auxilium tuum.* Et sapiens: *Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit.* Et in Canticis dicitur: *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Et Dominus ipse ita loquitur: *Sine me nihil potestis facere.* Et D. Paulus infirmitatem liberi arbitrij hoc ipso demonstrat, quo necessariam gratiam affirmat ad tollendas miserias suas. Verba eius hæc sunt: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.* Potuit igitur homo à se labi, sed non ex se resurgere demergere se luto, sed non eripere, se occidere, non tamen resuscitare, in foueam cadere, non exire; quod si conaretur, pal-

Os. c. 13. 9.
Eccl. 7. 14.
Cap. 8. 7.
Io. 15. 5.
Rom. 7. 24.
Deut. 28. 29.

palparet sicut cœcus parietem, & impingeret meridie, quasi in tenebris, viamque ciuitatis habitaculi non inueniret. Neque verò homo solum æs infinitum contractum non potuit dissoluere, sed neque Angelus, vllaue creatura alia, quam Deus in infinitum perfectiorem condere potest, facere potuit, grauissimumque peccati mortalis iugum, molamque asinariam è ceruice peccatoris excutere. Nisi Dominus ædificauerit Domum, in vanum laborabunt, qui ædificant eam. *Ps.126. 1.* Ex quibus omnibus eluceſcit grauitas & prauitas peccati læthiferi, quæ multò minor foret, si homo, vel creatura alia eius remedium ex se habere protuisset, propriisque suis viribus. Abortiua proles, vt lucem adspiceret, Lucina illi altera adesse debuit.

CA-

CAPVT II.

Non potuit creatura pura vlla gratia etiam donis ornata, peccato primi hominis, & posterorum, iustum condignumq; remedium afferre.

ID hac ratione ostenditur: Vt quis, quibuscunque etiam gratiæ donis ornatus, iustum condignumque remedium peccato primi hominis, & posterorum afferat, debet diuinę iustitiæ plenè satisfacere, eique adeo affere munus & pretium culpæ omnino æquale, vt per se liquet; sed hoc ille facere nequit; licet enim diuinæ iustitiæ plenè satisfaciat, atque adeo afferat munus & pretium culpæ omnino æquale, in eo, cùm obsequium aliquod Deo ille præstat, seque consequenter à creatura, cui peruersè adhæsit, auertat, & ad Deum

um conuertat, quem peccando deseruit; licet item in eo quoque iustitiæ æqualitas cernatur, quod obsequium illud referat ad Deũ ceu personam offensam placandam, in eo tamẽ deficit, quia ipse cum Deo comparatus, finitæ & limitatæ, Deus autẽ qui ab eo læsus est, infinitę est dignitatis & perfectionis. Id clarius forte ex eo intelligetur. Culpa adeoque offensa Dei tripliciter infinita est, primum in se ratione actus vel obiecti; infinitè enim malũ est aliquo actu, propter rẽ infinitè vilem, si cum Deo summo bono comparetur, auerti à Deo infinito bono; culpa deinde infinita est ratione habita personæ quæ offenditur, Dei scilicet infiniti. Tertiò infinita est ratione eius qui offẽdit Deũ; hic enim cũ vilissimus sit Dei respectu, & tamẽ illum offendit, efficitur vt

culpa

culpa infinitè quoq; sit magna. Quoniam vt offensa est eô maior, quô est offensa personæ dignioris ; ita etiam eô maior est, quo à persona minus digna irrogatur , si hæc comparetur cùm persona quæ offenditur. Exempli gratia , iniuria seu offensa, quam rusticus aliquis irrogat Principi, cæteris paribus, est maior quàm iniuria eidem Principi à mercatore vel nobili aliquo irrogata, eô quod rusticus persona sit minus digna, si cum Principe comparetur , quàm mercator aut nobilis. Iam homo qui Deum offendit infinitis partibus minoris est dignitatis quàm Deus quem offendit. Satisfactio ergo adeoque obsequium , vt & pretium ac munus, quod ab eo Deo offertur in compensatione dignam iniuriæ illatæ & acceptæ, prioribus duobus modis æquale

quale est, quia infinitum, tertio verò modo inæquale est, quia persona offensa infinitæ est dignitatis, persona verò offendens finitæ est & limitatæ perfectionis & dignitatis, & consequenter plenè diuinæ iustitiæ non satis fit, nec æquale culpæ pretium & munus Deo offertur. Christus etiam Dominus noster, vt infra videbimus, pro peccato Adæ & posterorum, dignè, summoque iure, & ad æqualitatem iustitiæ satisfecit, id ergo homo, vel creatura alia gratiæ etiam munere dotata facere non potuit; sicut enim Deus in necessariis non deficit; ita neque in non necessariis abundat. Sic rursum clarescit quanta sit remedij difficultas, peccatique mortalis grauitas.

CA-

CAPVT III.

Deus solus homo factus potuit plene summoque iure pro peccato satisfacere.

HOmo, vt vidimus, non potuit plenè, summoque iure pro peccato satisfacere; Deus id, in se, etiã facere nequit, à passione enim & morte alienissimus est, pati moriq; nequit; modũ tamẽ inuenit, quo pati moriq; potest, diuinã scilicet naturã cũ natura humana in eodem supposito copulãdo; sic enim Deus & homo patitur & moritur, nõ quidẽ secundũ naturã diuinã, sed secundùm humanam. Vnde D. Petrus
1.e.3. 21. sic habet: *Christo in carne passo, eadem cogitatione armamini*; quasi diceret, Christus non vt Deus, sed vt homo passus est. Adumbratum illud etiam fuit olim:
Leuit. 14.4 Mundatus à lepra offerre iubetur pro se duos passeres quorum

vnus

vnus immolabatur, alter viuus auolabat; humanitatem præfigurabat passer immolatus, diuinitatem passer, qui auolabat. Asserit idem Diuus Anselmus sic scribens: *Satisfactionem nec potest facere nisi Deus, nec debet nisi homo, necesse est vt eam faciat Deus homo.* Id explicans sic addit: *Ad hoc valuit in Christo diuersitas naturarum, & vnitas personæ, vt quod opus erat fieri ad hominum restaurationem, si humana non posset natura, faceret diuina, & si diuinæ minimè conueniret, exhiberet humana. & non alius, atque alius, sed idem ipse esset, qui vtrumque perfectè existens, per humanam solueret, quod illa debebat, & per diuinam posset, quod expediebat.* Rupertus: *quia satisfactionem pro culpa non nisi homo debebat, & non nisi Deus perficere poterat, Deus homo factus est, quatenus vnus idēq; Christus, & verus Deus ab homine exigeret,*

Lib. 2. cur Deus homo c. 6.

cap. 18.

Lib. 6. de diu. off. Cap. 36.

& vt

Hom. de Christi nat.

& vt verus homo persolueret. Et Proclus Cyzicenus: *Erat*, inquit, *alterutum duorum necessarium, aut vt omnes, præcipites abirent in mortē, aut certè vt eiusmodi pretium penderetur, quod exactum debitum adiustitiæ amussim ex æquaret. Atqui homo quod peccati debito subiaceret, saluare se non poterat, Angelus verò, quòd tantum redemptionis pretium ipsi non suppeteret, humanum genus redimere nequibat, supererat igitur, vt ille pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat, atque vnica hæc restabat mali solutio.* Et:

Eadem Hom.

Homo purus saluare non poterat, Deus solus pati nequibat. Quid igitur? ipse Deus factus est homo, & id quidem quod erat, saluauit, quod verò factum est, passiones subijt. Ex quibus colligitur iterum quanta sit peccati mortalis grauitas. Etenim si malum aliquod leni paruoque remedio tolli potest, acre magnū-

que

que dici recte non potest; Si, vt pellatur, asperiore & maiore opus est medicamento, acerbius & maius malum id esse, verè affirmari potest, si grauissima & maxima necessaria est medicina, grauissimum quoque malum id esse certissimò conijcitur. Iam vt malum peccati, quo se homo impiè nefarieque adstrinxit, iustè, & quemadmodum offensa, Dei, & voluntas eius postulabat, tolleretur, *iugum oneris, & sceptrũ exactoris excuteretur, tortuosus coluber educeretur*, Deus homo fieri, medicinamque morbo peccati facere debuit, magnus ergo & grauis peccati morbus fuit; sicque adeo verum est, quod dici solet, magna facilitate peccatum in orbem esse illatum, magna tamẽ difficultate esse sublatum. *Es.27.1.*

T CA-

CAPVT IIII.

Deus homo fieri non debuit, vt pro peccato satisfaceret.

VNde enim, ne longum faciamus, necessitatis & obligationis eius ratio sumeretur? Ex eo ne primùm, quòd Deus in rebus aliis faciendis non sit liber? id rectè affirmari nõ potest; scriptura siquidem diuina significat Deũ cùm aliquid ad extra facit, absolutè potuisse nõ facere; Ecclesiasticus enim de Sapiente loquens, *Aperiet*, inquit, *os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur; si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum.* Atq; idem apertè significat Apostolus, quotiescunq; de cõsilio, vel electione, vel de proposito diuinæ voluntatis loquitur VT: *Prædestinati secundùm propositũ eius, qui operatur omnia secundum consi-*

Cap. 39. 7.

Ad Eph. 1. 9.

consilium voluntatis suæ. Et ad Romanos; *Vt secundum electionem propositum Dei maneret, &c.* Certè de communi Doctorum sententia, creatio hominis fuit libera; potuisset enim Deus eum non creare; ergo & recreatio, quæ fit peccati remissione, libera fuit, adeoq; potuit hominẽ non liberare à peccato. *Bonitas hinc effulget,* ait D. Damascenus, *quòd figmenti sui, hoc est, hominis imbecillitatem Deus non contempsit, sed lapsi vicem doluit, eique manum porrexit. Apparuit,* inquit Paulus, *benignitas,* hoc est, amor hominis, *salvatoris nostri Dei, &c.* Absurdum fortè, quantum est ex parte Dei, sequetur, si hominẽ à peccato non liberet? Neutiquã; homo enim suapte culpa, se peccato alligavit, eoq; ipso meruit à Deo deseri, æternũq; inferni ignibus puniri, *Quis tibi imputabit,* ait sapiẽter

Cap. 9. 11.

Lib. 3 fid. Orth. c. 1.

Cap. 12. 12. sapiens, *si perierint nationes, quas tu fecisti; non enim alius est Deus quam tu?* si totus mundus periret, habita Dei ratione, perinde esset, atque si culex, aut eo aliquid minus periret. Fortè id limus & puluis, sepulchrum dealbatum, intus plenum ossib° mortuorũ, paries inclinatus, maceria depulsa, saccus vermium, genimen viperarum, rota iniquitatis, canis mortuus, pulex, vas in contumeliã, filius perditionis & mortis, Verbo: inferni sitio apud Deum meretur, à peccato vt eum liberare debeat? minimè gentium; meretur in peccatis suis mori, *& morte quidem secunda, quæ est peßima.* Ex eo ne tandem necessitas illa & obligatio concluditur, quòd Deus eius seruitio indigeat, eique consequenter vtilitatem aliquam afferre possit impius? Nequaquam; De-

us

us siquidem ex omni æternitate beatissimus, sibique, absque homine, sufficientissimus fuit; *bonorum nostrorum*, ditissimus ille *non eget*. Ac vt ab æterno sine homine fuit, ita in tempus sempiternum absque homine esse potuit, gloriosus & beatus in sæcula sæculorum. Addo: de homine forsitan ei erat reddenda ratio, reprehensioque & pœna priuatio dominij subeunda, si eum desereret, & in peccato derelinqueret? nihil minus. *Quis te*, ait sapiens *reprehendet, aut accusabit, si omnes orbis terrarum nationes pereant?* Nodum in Scyrpo peccator quæris. Quia ergo homo, quantum est, ex parte Dei, remedium simpliciter necessarium non habuit, quo à peccato liberaretur, liquet quanta sit peccati grauitas; si enim aliquod tale remedium

Psal.15.2.

Cap.12.12.

supperetet, minus malum peccatum foret, quin boni aliquid includeret, quo Deus ad auxilium ferendum necessariò induceretur.

Caput V.

Deus, pro sua in genus humanum liberalitate ac beneuolentia, homo fieri voluit, vt pro illius peccato satisfaceret.

ID docet D. Ioannes his verbis: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illū non pereat, sed habeat vitam æternam.* Et D. Paulus: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Et ibidē: *Vbi abundauit delictū, superabundauit gratia.* Et: *Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis,*

Cap. 3. 16.

Rom. 5. 8.

catis,

catis, conuificauit nos Christo. Et: *Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus &c.* Et: *Cum apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ facimus nos, sed secundum misericordiã suam saluos nos fecit &c.* Quæ omnia testimonia, Dei liberam & non necessariam charitatẽ in nobis liberandis ostendunt. Ex ijsdẽ credimus nõ Patrem æternũ, nec spiritũ sanctũ, sed filium vnigenam Dei, *verbũ Patris, splendorẽ gloriæ, & figurã substantiæ eius,* hominem esse factum adeoque Christũ, pro peccato satis fecisse; idq;, iuxta Gregorium nostrũ, cõueniẽter tres ob causssas. Prima est, vt sic verbo, per quod õnia, tanquam per exemplar quoddã facta sũt, creatura vniretur, quoniã illius peculiariter exprimit similitudinem; quæ autẽ similia sunt, cõuenientius copulantur.

Tit. 2. 11.

Tit. 3. 4.

To. 4 dis. 1. q. 1. p. 4.

Secunda; quoniam maximè decuit, vt illa persona in diuinis naturæ humanæ coniungeretur, per quam genus humanum peculiari quadam ratione docendum erat; ea verò persona verbum est diuinum, iuxta illud: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis; ita enim sumus à Patre æterno, per suum verbum edocti, sicut docetur discipulus verbo Magistri. Tertia, quoniam scopus incarnationis fuit instauratio diuinæ imaginis, quæ in nobis erat per peccatum deformata, atque adeo adoptio filiorum Dei, ad quam admissi sumus. Itaque maximè decuit incarnari Verbum diuinum, quod est naturalis imago Patris, idemque consubstantialis filius, vt ita imago illa in nobis quasi impressione diuini sigilli repararetur.

Vt

Vt enim forma aliqua in tabulis depicta, sordibusque aliunde superiectis oblitterata, instaurari nequit, nisi eius præsentiâ adhibeatur, ad cuius speciem primò tabula depicta fuit; eodem modo ille vndequaque bonus Patris filius, imago & character Patris, ad nostras regiones profectus est, vt hominem ad sui imaginem factum denuo reficeret. Fuit ideo etiam conueniens, vt per filium naturalem adoptionem filiorum reciperemus.

Caput VI.

Christus ea solùm de caussâ in mundum venit, vt pro peccatis satisfaceret, hominemq; redimeret.

ID passim diuinæ litteræ significant: Diuus Lucas his verbis
Luc. 19. 10. *Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.* Et Chri-
Ioan. 10. 10 stus ipsemet apud D. Ioannem: *Ego veni vt vitam habeant, & abun-*
Gal. 4. 4. *dantius habeant.* Et Diuus Paulus: *vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem*
1. Tim. 1. 15. *filiorum reciperemus.* Et: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus IESVS venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Testimoniis his accinunt sancti & orthodoxi patres, docentque Christum, si homo non peccasset, non fuisse venturũ. D. Augustinus sic habet: *Ex scripturis sanctis sufficienter apparet Dominum Iesum Christum non aliam ob caussam in carne venisse, ac forma serui acceptã factum obedientem vsq; ad mortẽ cru-*

Lib. 1. de pecc. mer. & rem. c. 26.

cis,

cis, nisi vt hac dispensatione misericordissimæ gratiæ, omnes, quibus tanquã membris in suo corpore constitutis, caput est, ad capessendum regnum cœlorũ viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret &c. D. Irenæus cùm dixisset solitum fuisse Apostolum vocabulo carnis & sanguinis significare Christũ, vt salutẽ carnis nostræ cõfirmaret, illico subiungit: *Si enim non haberet caro saluari, nequaquam verbum Dei caro factum fuisset.* Et: *Si non haberet sanguis iustorũ inquiri, nequaquam sanguinem habuisset Dominus.* S. Gregorius Nazianzenus: *Quæ* inquit, *humanitatis à Deo, propter nos susceptæ ratio extitit? profecto vt nobis salus pararetur; quid enim aliud causſæ afferri possit?* S. Augustinus expendens illud Lucæ: *venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat, subiungit: si homo non periisset, filius*

Lib. 5. c. 14.

Orat. 4. de Theol.

Serm. 8. de Ver. Ap. c. 19.

hominis non veniſſet. Et: *Nulla cauſſa fuit veniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere.* Hæc ſententia multò magis diuinam bonitatem & charitatē nobis commendat, quàm ſi dicatur fuiſſe venturum Chriſtum, ob vniuerſi perfectionē, vel alias ob cauſſas. Plus etiam aliquid videtur Deus propter nos feciſſe ſi ad remedium peccati ita filium ſuum miſit in mundum, vt niſi ob eam cauſſam miſſurus aliàs non fuiſſet. Grauitas tandem & prauitas peccati mortalis ſic quoque amplius clareſcit.

CAPVT VII.

Dominus noſter plenè pro peccatis generis humani ſatisfecit.

Actio-

ACtiones enim eius & obsequia Deo exhibita, infinitã dignitatem habuerunt, tum ex parte obiecti, cùm sint exhibita ex charitate summa in Deum; tum ex parte quoq; personæ offerentis, cùm hæc fuerit infinita; tum denique ex parte personæ, cui ea officia sunt exhibita, scilicet ex parte Dei infiniti. Ita porrò hominis peccatum iustè expiauit, æqualique pretio redemit, vt ex hypothesi saltem, vel quo ad specificationem actus, Pater æternus fuerit obligatus, offensam hominis remittere, atque eatenus exercere actum iustitiæ (posito quod compensationem aliquam & satisfactionẽ admittere vellet) acceptãdo satisfactionem Christi pro offensa hominum. Id ostendunt S. litteræ; in quibusdam enim absolutè dicitur genus humanũ per

Christum Dominum fuisse emptum & redemptum; ea autē vis emptionis & redemptionis est, vt scilicet fiat per aliquid æquivalens. *Dicant*, ait Dauid, *qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici.* Et Paulus: *iustificati gratis, per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo IESV.* Et alibi: *Pretio empti estis.* Et: *Qui empti sunt de terra.* In alijs scripturis dicitur id cum emphasi & exaggeratione quadam. Vt: *Copiosa apud eum redemptio.* Quô & alluditur apud sapientem, cum increata sapientia dicitur *infinitus esse thesaurus hominum.* Item: *Non sicut dilectum, ita & donum.* Et: *Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia.* Item: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis &c. Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi*

Ps. 106. 2.
Rom. 3. 24.
1. Cor 7. 23.
Apoc. 14. 3.
Ps. 129. 7.
Sap. 7. 14.
Rom. 5. 15.
1. pet. 1. 18.

sti &c. Et: *Delens chyrographum, quod erat contrarium, & ipsum tulit de medio, affigens illud crucis sicut solet fieri, quando debitum penitus est solutum.* In plerisque præterea diuinæ scripturæ locis significatur redemptionem hanc a Christo planè peractam, secundùm formam iustissimi iudicij. Vt: *Nunc est iudicium mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Et Dauid: *Exurget & intende iudicio meo.* Et: *Reuelauit iustitiam suam.* In quam sententiam Apostolus de Christo etiam scripsit: *Quem proposuit propitiationem per fidem, in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, in remissionem præcedentium delictorum.* Sed vtrum Pater æternus ad idē quoque obligatus fuerit, quo ad exercitium actus, ita vt absque deformitate rationis non potuerit recusare satisfactionem, con-

Coloss 2. 14.

Io. 12. 31.

Ps. 34 2.

97. 2.

Rom. 3. 25.

controuersum est, mihi vero similius videtur debuisse Patrem æternum rationi conformiter, quo ad exercitium actus acceptare compensationem & satisfactionem à Christo oblatam; Contra rationem enim est repudiare satisfactionem, quæ reipsa spectatis circũstantijs quasi hoc modo offertur. Ego N. tum Deus, tum simul homo, ac proinde quasi membrum quodammodo partis reæ, constitutæ in miserabilissimo statu per voluntatem humanam, offero tibi parti lęsæ, pro offensa tibi facta, pretium æquale, & superabundans quoque vt exerceas actum remissionis iniuriæ, cõuenientissimum ad finẽ creationis partis reæ tibi propositum. Atqui quo ad circumstantias has omnes reipsa ita obtulit Christus, sic igitur obligatus fuit Pater æternus acceptа-

ceptare, vt contra rationem egisset si repudiasset. Occurri hîc forte posset, absurdum videri Deum, qui liber est ad extra, vllare creata, & quæ extra ipsum essent, obligari simpliciter ad hoc, vel illud agendum, ita vt absque deformitate rationis id non possit intermittere; quacunq; enim re posita, videtur Deus adhuc debere manere indifferens ad agendum & non agendum; non maneret autem, si absque deformitate rationis aliquem actum non posset omittere; cùm enim talem deformitatem non possit admittere, simpliciter in tali casu determinatus est ad actum talem: Actiones autē Christi sunt res quædā creatæ, quamuis sint suppositi diuini; itaq; non videtur ijs posse obligari Deus ad exercitium eius actus, de quo est sermo. Sed id sic videtur posse

solui,

ſolui, non eſſe ſcilicet inconueniens vt Deus, qui abſolutè loquendo ad extra liber eſt, ex hypotheſi obligetur, & determinetur ad certum actum; ſic enim abſolutè loquẽdo liber eſt in tali actu; ſicut enim abſolutè loquẽdo liberè poſuit rem, ex cuius hypotheſi obligatur ad actum; ita abſolutè liber eſt & indifferens ad actum. Exempli gratia in propoſito: Liberum fuit abſolutè Deo vt Verbũm caro fieret, adeoq; reliqua omnia, quæ ad id neceſſaria ſunt, hoc tamen poſito, & quod Verbum caro offerret illi paſſionem ſuam pro peccatis hominum, non eſt abſurdũ illum ita determinatũ fuiſſe ad acceptãdum, pacto aut promiſſione intercedente, vt abſq; deformitate rationis non poſſet eã acceptationẽ prætermittere. Ex dictis apparet iterum, quàm difficile

ficile sit remedium peccati mortalis, quamq; graue ipsum peccatum mortale, vtpote pro quo iustè abolẽdo debuerit Christus de cœlo venire, Patriq; suo æterno satisfactionem compensationemq; infinitã offerre. Quàm verò animi gratitudinem homo debeat *Deo saluos faciendi, & Domino exitus mortis* (vt Diaboli introitus est mortis) quis nõ dicò pro dignitate explicare, sed vel breui oratione perstringere possit? *Misericordiæ Domini quod non sumus consumpti. Quis saluus esset*, ait D. Augustinus, *nisi ipse* (Christus) *sanaret?* *Ps.67.21.*

Caput VIII.

Christus omni omnino actione, & passione, quam in vita suscepit hominem à peccato liberare debuit.

Id

ID ex eo colligi posse videtur quod ingrediens Christus in mundum, sicut Apostolus interpretatur, orationem illam Psalmi vsurpauit: *Oblationem & hostiam noluisti, corpus autem aptasti mihi; holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt. Tum dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Quibus verbis indicari videtur iam inde ab ingressu suo in orbem, cœpisse Christum exequi voluntatem sui Patris in redimendo genere humano, atque adeo iam tunc ad mortẽ in cruce oppetẽdam sese obtulisse. Idem indicatur his alijs regij vatis verbis: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea.* Cõfirmatur idem ex hac Esaiæ oratione: *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur*; laborauit autem per omnem vitam. Denique idem

Ad Hebr. 10.
Ps. 39.
Ps. 87. 16.
Es. 53. 11.

eô

eô oſtenditur, quod vniuerſæ Chriſti actiones & paſſiones æterno patri fuerunt gratiſſimæ, vt proinde omnibus illis fuerit homini placatus & reconciliatus. Ideo ipſemet Chriſtus in his quæ agebat & patiebatur, gloriam ſe ſpectare perpetuò ſui patris, negotiumque illius agere ſubinde conteſtabatur; intelligens nimirum non aliud niſi redemptionis opus ſibi imprimis à Patre demandatum. Quô etiam illud pertinet Eſaiæ: *Ecce Dominus veniet, & merces eius cum illo, & opus eius coram illo*, quaſi diceret, nihil habebit in vita prius & antiquius, quàm vt ſtatim aggrediatur redemptionis opus. Hinc ipſe in oratione ad Patrẽ: *Opus*, inquit, *conſummaui, quod dediſti mihi vt facerem*: Vbi conſummaſſe ſe, id eſt, iam iam (cũ morti vincinus eſſet) conſum-

Eſ. 40. 10.

Io. 17. 4.

matu-

maturum se redemptionis opus affirmat, quoniam illud certè priùs inchoârat. Porrò verò nō nisi in morte ipsius in cruce, quæ iam tum, vt dixi, instabat, opus istud consummatum fuisse patet ex multis scripturæ diuinæ locis, quibus illud quasi pactum indicatur, ex quo debuit in cruce perfici nostra redemptio. Vt

Es. 53. 10. apud Esaiam: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.* Posuit animā suam pro peccato, quia vt illud aboleret, in crucem sublatus est, ideoq; tantam natorum cernit multitudinem, quos summo cū dolore in cruce, velut mater edidit in fidei

Es. 66. 9. gratiæq; lucem: Quamobrē non dixit Dominus: ego qui alios gignere facio, ipse non gignam? Sed *ego qui alios parere facio, ipse non pariam?* Sine dolore enim gignūtur filij, at non sine dolore graui

parien-

parientis in lucem eduntur. Peperit ergo Deus filios tunc, cùm in crucem actus, inauditos veluti parturiens subijt cruciatus. Dign⁹ Deo partus, vniuersâ hac, quæ oculis subijcitur rerum machinâ præcellentior. Et apud Ioannem. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet &c.* Ioan. 12. 24. *Quis*, ait Origenes, *iam expositione indiget, vt sciat semen Christi quomodo multiplicetur, qui videt à finibus terræ, vsq; ad fines terræ propagatam prædicationẽ Euangelij, & nullũ fere esse iam locum, qui semen verbi nõ susceperit? Multiplicatur autem hoc semen sicut stellæ cœli, & sicut arena maris, quia ex Christianis quidam stellis similes sunt, gratiæ splendore fulgentes, cæloque mente infixi: alij arenam maris referunt, terrenis rebus mancipati, & mundi fluctibus expositi.* Idem docet Apostolus, cum inquit Christum *Hom. 9. in Gen.* *Coloss. 2. 14.*

dele-

deleuisse chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & affixisse illud cruci, quia ibi videlicet dissolutum absolutè fuit debitum generis humani. Et quando Christi Domini nostri actiones & passiones, vt & vita eius tota, misera, modisque omnibus calamitosa, acerba, & ignominiæ plena fuit, & peccati mortalis grauitas & remedij difficultas clarissimè cognoscitur. Vnde cum D. Bern. de dilig. Deo dicere possum: Si totum me debeo pro me facto, quid addã iam prorefecto, & refecto hoc modo? Nec enim tam facilè refectus, quàm factus. Ná qui me semel, & tantum dicendo, fecit, inreficiendo profectò & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, sed & indigna. In primo opere me mihi dedit, in secundo se, & vbi se dedit, me mihi reddidit.

Datus

Datus ergo, & redditus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies repẽdere possem, quid sum ego ad Deum?

Caput IX.

Quid actione & passione sua Christus effecerit?

Reconciliauit nos Deo, hostemque adeo eum, quo nocentiorem & atrociorem nõ habemus, videlicet peccatum, vicit & profligauit. Id enim olim Deus per Prophetã se facturum promisit his verbis: *Auferam iniquitatem terræ illius, in die vna*, passionis scilicet. Fecit deinde quod promisit; *vulneratus enim est propter iniquitates, attritus propter scelera nostra*, ait Esaias. Confirmat id D. Paulus, cum ita scribit: *Deus filium suum mittens in similitudinem* *Zach* 3.9. *Es.* 53.5. *Rom* 8.3.

carnis peccati, & de peccato damnauit
1. Io. 2. 2. peccatum in carne. Et D. Ioannes: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Et quando peccatum animam inquinat, iuxta superius dicta, ab ijs sordibus eam Christus lauit, iuxta
Apoc. 1. 5. illud: *Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*, vt & aquam quæ de latere illius in cruce fluxit, & mundans super
Ps. 50. 9. niuem dealbauit. Quia rursum peccatum suo modo pœnæ sunt, siue temporariæ, siue æternæ, vt & reliquijs ineſt, ab his quoq; nos
Rom. 8 1. abluit, sicut in nobis iuxta Paulum, *nihil damnationis existat*, peccatum scilicet omne, *vt nubem*,
Es. 44. 22. quemadmodũ Propheta loquitur, *dissipans & consumens penitus, vel demergens, & proijciens omnia*
Mich. 7 19. *profundũ maris*, qui Michææ modus loquendi est. Non sustulit autem

autem solùm peccata, sed & gratiam iustificantem, & alia dona spiritalia nobis impetrauit, animamq; adeo, sordibus omnibus abstersis, miro gratiæ virtutūq; decore exornauit. Id ostendit D. Paulus in hæc verba: *Si vnius delicto mors regnauit per vnū* (scilicet Adamum) *multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum IESVM Christum &c.* Addit eodem capite: *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem; ita & gratia regnet per iustitiam, in vitam æternam per IESVM Christum Dominum nostrum &c. Siq; in gratia nobis spiraculum vitæ in faciem insperauit, vitam nimirum cœlestem.* Genuit tertiò nos *verbo veritatis*, vt Iacobus inquit, adeò ut *filij eius simus* iuxta D. Ioannē, adoptione scilicet. *Quod si filij & hæredes*

Rom. 5. 17.

Iac. 1. 8. 1. 3. 1.

Rom.8.17. redes Dei, Paulo teste, hæreditatis opulentissimæ æternæ gloriæ. Ad eam hæreditatem capescendam, legibus quartò, & mandatis salutaribus propositis, cœlo aperto reseratoque viam monstrauit, quâ inire debemus; Hebr.5.9. *Factus enim est omnibus obtemperantibus sibi caussa salutis*; Opportunis verò remedijs ad id faciendum Es.51.9. iuuat. *Victorem etiam nostrum Diabolum*, iuxta vaticinium Esaiæ, *percussit*, *vulnerauit Draconem*, *exanimemque*, vt Gregorius Hom.35. To.10. Nazianzenus loquitur, *mortuum & immobilem reddidit*, *vel alligauit certè ad mille annos*, diem nempe extremi iudicij. *Mortem tandem*, *morte* (verba sunt D. Au- Orat.42. gustini) *vestitus occidit*. &, iuxta Cor.15.54. Paulum, *absorpsit*: Temporalem quidem in die iudicij, tunc enim quos deglutiuit euomet illa. Interim, hominem mors hæc

à pec-

à peccatis deterret, & fortiter tolerata, præclaros Christi martyres efficit; dilectis etiam somnus refrigerij est, & *sanctorũ prætiosa, finis scilicet*, secundùm D. Bernardum, *laborum, victoriæ consummatio, vitæ ianua, & perfectæ securitatis ingressus.* Æternam mortem iusti soli, beneficio seruatoris nostri, superabunt. Bonis ergo omnibus Christus, *aureum omnino propitiatorium*, nos cumulauit, *cornu salutis nos erexit.* Ecclesiam postremo ipsam incomparabili thesauro ditauit, sic vt ærarium publicum sit pauperum, fons gratiæ, pharmacopolium omnium medicinarum, malorum omnium remedium; *Stillant iam montes dulcedinem, & colles fluunt lacte, & per omnes riuos eunt aquæ, deserta germinant, rupes fructibus replentur iustitiæ. Ingreditur & egreditur homo, & pas-*

In Serm. de S. Mal.

Ioel. 3. 18.

cua inuenit. Et quomodo omnia non donet is qui seipsum nobis donauit? Benedictus ergo Deus, & pater Domini
Eph.1.3. nostri IESV Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Benedicta sint etiam Christi opera, quæ fructu sunt dulcia, virtute efficacia, actione potentia, merito gloriosa, effectu miraculosa, dignitate sublimia, magnitudine immensa, numero infinita: Benedictum nomen IESVS, beneficiorum eius omnium epilogus. Maledictum autem peccatum, quod his omnibus priuat: Dei, & acrem & asperam medicinam vidimus, videamus & nostram.

CA-

Caput X.

Vt Deo quis reconcilietur, gratiamque & salutem reipsa consequatur, de suo aliquid conferre debet.

NOn desunt qui ex dictis capite superiore rabidum hauriãt toxicum, vnde pharmacum salutare sumendum fuerat; illi nimirum, qui sibi persuadẽt, se, siue benè siue malè arbitratu suo viuant, gratiam nihilominus & salutem in cœlis se cõsecuturos. Verùm vanam hanc stultamque confidentiam, effrœnemq; præsumptionẽ Apostolus his verbis coarguit: *Quoniam quidẽ Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorũ & posuit in nobis verbum reconciliationis: pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo reconciliamini* 2. Cor. 5. 18.

Deo. Prioribus verbis indicatur meritis Christi Patrem æternum velle homini reconciliari, paratumq; hominem in gratiam recipere, eiq; ius & aditum ad beatitudinẽ concedere; posterioribus verò significatur hominẽ debere Deo reconciliari, hoc est facere quædam, quibus illi reconcilietur, sicq; cooperatione sua gratiam tandem & beatitudinẽ obtineat; Vnde & capite septimo nos etiam monet, *vt emundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei*; quasi apertè significet nostrum etiam conatum & operam, adiuuante ipso Deo, necessariam esse, & valere quoque vt omni ex parte sanctificemur, adeoque cum Deo reconciliemur, gratiãq; & salutem obtineamus. Idem habet D. Ioannes cùm inquit: *Qui dilexit nos, &*

Cap. 7.

Apoc. 1. 5. & 14.

lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et: *hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum agni Dei.* Virtute igitur passionis ac mortis suæ, & quidẽ secundùm omnem rigorem iustitiæ, obligauit Christus Patrẽ suum æternum, vt quãtum in ipso est, sponsione facta, velit homini reconciliari, illiq; conferre gratiam & salutẽ in cœlis, atq; id etiam facturum, modò homo vtatur medijs, quæ propter ipsius vtilitatem maiorem, quasi ex cõuentione Christum inter & Patrem æternum inita, ad eum effectum valent. Hinc cõmunis illa obiectio soluitur: Multi salutem non adipiscuntur, non fuit igitur sufficiens passio Christi; vel certè Pater æternus non dedit sufficientia auxilia; respondetur enim

sibi illos defuisse, quia cooperati scilicet non fuerunt gratiæ diuinæ, cumque Deo non concurrerunt. Audiatur S. Chrysomus. *Pro omnibus Christus mortuus est, hoc est, quantum in ipso est, sufficit mors illius ad medendum omnium mortalium perditioni; non autem omnium peccata abstulit, propterea quia noluerunt, adhibere scilicet ea quæ ex parte illorum necessariò requirebantur.* Necessarium igitur est omnino vt homo sibi applicet merita Christi, deque suo etiam ad reconciliationem conferat, tanquam caussa efficiens, minus tamen principalis, secunda, & à Deo, prima & principali caussa dependens, cooperatione nempe suam, vt gratiam & salutem sempiternam consequatur, aliás terminos longiùs, quàm par est proferens, damno suo æterno miserè ruet. Et quando co-

Hom. 17. in ep ad Hebr.

ope-

operatio noſtra dura & difficilis eſt, liquet peccati mortalis remedium difficile eſſe, ipſumque peccatum mortale graue & magnum. Sequitur iam vt in ſpecie oſtendamus, quomodo Deo homo cooperari debeat, ſiue infans ille ſit, perpetuoque rationis vſu careat, ſiue adultus rationisque vſum habeat.

Caput XI.

Quomodo infantes, & qui perpetuo rationis vſu carent, gratiam & ſalutem conſequi poſſint?

Duo illis media ſuppetunt, Baptiſmus, & Martyrium pro Chriſto ſuſceptum; ijs enim peccati originarij macula abluitur, qua in lucē fœdati veniunt, Chriſtianique adeo, & Dei filij, ac hæredes regni cœlorum ſcribuntur.

buntur. Baptismus illis Christi Domini verbis continetur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire regnum Dei.* Hinc mater ille Christianorum appellatur, quo ad spiritalem scilicet regenerationem; *matrix* item à D. Chrysostomo, cuius hæc sunt verba: *Quod matrix est embryoni, hoc est fideli aqua, siquidem in aqua fingitur & formatur.* Regeneratione ea nouũ quoddam esse & supernaturale illi accipiunt, gratiæ nimirum diuinæ, & consequenter beatitudinis, veteremq; adeo hominem exuunt, & nouum induunt. Idindicat D. Paulus, cùm hunc in modum scribit; *An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius,* id est, in assimilationem & configurationem mortis ipsius *baptizati sumus*, quoniam quemadmodum

Ioan. 3. 5.

Hom. 25. in Ioan.

Rom. 6. 3.

modum Christus mortuus est vitæ mortali; ita nos morimur in Baptismo, & sacra illa aqua, veluti maris rubri fluctibus peccata omnia sepelimus; morimur enim cum illo in mortem peccatorum omnium. Hinc rectè dicitur Baptismum esse mortem criminum, virtutũ vitam. Item Baptismi aquam esse aquam viuam salientem in vitam æternam. Rursum aquam peccata submergentem, *hominem luteum aureum facientem*, juxta D. Chry- *De Bapt.*
sostomum. Ex dictis patet infantes, & perpetuo rationis vsu priuatos adultos cùm baptizantur, ad gratiam & salutẽ se disponere ac præparare, non per se; id enim facere nequeunt; sed per alios, qui Baptismum procurant & administrant; sicut per alienam quoque Adami in obedientiam, peccatores, iræque & damnatio-

nis filij efficiuntur. Martyrium sanguinisq; baptismus communi Ecclesiæ Catholicæ traditione suffragante nititur; Eo prædicti, si Baptismi copia non suppetat, immortalitatem pretio sui sanguinis emunt, illisque *in mari rubro via est sine impedimento* ad gratiam & salutem; scalaque adeo cœli, per quam ascendunt cum illis qui ab Herode occidione occisi sunt propter Christū. Sicq; etiam liquet cooperatione illos aliena gratiam & salutem consequi. Iam in vtroque medio & remedio sua inest difficultas, & ex vtoque peccati mortalis grauitas perspicitur; propter illud enim gratia aliquando & beatitudine excluduntur.

CAPVT XII.

Quomodo adulti, vsu rationis præditi, gratiam & salutem, citra sacramentorum vsum consequantur.

Adul-

ADulti, qui rationis vsu polent, duobus modis ad gratiam & iustificationem se p ę parare disponereque possunt, vel citra sacramentorum vsum; vel in eorum vsu vsurpatioque. De priori modo hoc, de posteriori sequenti capite agemus. Dispositio præparatioque prior hominis ætate adulti, rationisq; vsu præditi, ad gratiam & salutẽ obtinendã actibus supernaturalib° cõtinetur, ijs scilicet, qui viri b° naturæ, liberiq; arbitrij hominis, citra peculiare Dei auxilium haberi nequeũt, vt salubriter timore gehennæ cõcuti ad defereda peccata &c. Eos dispositio præparatioq; hominis sic includit, vt illis sine nemini, siue fideli, siue infideli, extra vsũ sacramẽtorum, gratia à Deo homini tribuatur. Id indicatur his scripturæ diunæ locis: *conuertimini ad me* *Iel 2. 12.*

Es. 31. 6. Amos 4. 12. *in toto corde vestro.* Et: *Convertimini sicut in profundum recesseratis.* Et: *Præparate corda vestra Deo*; Sine vllo enim dubio prędicta testimonia de actionibus supernaturalibus intelliguntur, vt Concilia & Patres testantur. Ad hanc porrò dispositionem præparationemque legitimè faciendam, mens humana necessariò à Deo præparatur & disponitur, vt Prophetа in genere his verbis testa-

Ps. 79. 4. tur: *Domine Deus virtutum convertе nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.* Et Hieremias: *postquam*

c. 31. 19. *conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi fe-*

Io. 6. 44. *mur meum.* Et: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.*

15. c. 5. Et: *Sine me nihil potestis facere.* Ratio hæc se ad gratiam & salutem præparandi disponendi difficultate non caret, vnde facilè conijcitur quàm graue sit peccatum

mor-

mortale, quo difficultatibus his homo subijcitur. Duobus porrò Sacramentis possunt adulti, ratione præditi gratiam & salutem consequi, Baptismo & Pœnitentia; illa enim Christus Dominus repleuit merito, gratia locupletauit, sanctitate perfecit, virtute ornauit, sanguini suæ passionis immersit, & ad diuinos effectus euexit. De his sequitur vt agamus, & primò quidem de Baptismo, tum de Pœnitentia.

Caput XIII.

Baptismus homini adulto, rationisque vsu prædito, ad gratiam, & salutem necessarius est.

ID apertè docent S. litteræ: Esaias sic scribit: *Lauamini mundi estote.* Et Ezechiel: *Tollam vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram*

Es. 1. 16.

Ezech. 36. 24.

ram vestram; & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et
Io. 3. 5. veritas ipsa: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto, nō potest introire regnū Dei.* Hanc aquā appellat Gregorius Nazianzenus *aquam cœli*; Basilius, *æris alieni dissolutionem, & peccati mortem.* D. Leo, *Semen spiritus Sancti, unde homo regeneratur.* Hæc aqua melior est illa,
Gen. 1. 7. *quæ est super cælos*, cœlestes enim
Gen. 6. 10. homines facit; melior *aqua diluuij*, quæ, octo tantum hominibus
Num. 20. conseruatis, cæteri illâ absorpti
11. sunt; melior illa, *quam eduxit Moyses de petra*; excussa enim est ex petra, Christo; melior illâ, quam
Exo. 15. 25. idem *amaram, ligno dulcem effecit*, quia ligno crucis cœlestem suscepit iucunditatem; melior illâ
Exo. 38. 3. *templi, qua illius vasa abluebātur*; vasa enim cordiū abluit; & homines nitidos, &, vt D. Paulus habet

bet; *spiritu sancto donatos, iustos & sanctos efficit*; melior aquâ illâ, *quæ hyssopo aspersa, cadaueris attactu immundos purgabat*, quia sordibus peccatorum abluit; meliore illâ, *qua Naaman Syrus à lepra carnis fuit mundatus*: animæ enim lepram, peccatum scilicet tollit, candidissimamque supra niuem efficit. Hæc baptismi aqua, vt Nili aqua Ægyptum irrigat, sic ipsa Ecclesiam; vt Physon propellandis infirmitatibus herbas gignit, sic aqua Baptismi morbos spiritales curat; vt Tygris sagitte in morem decurrit; sic hæc aqua ad animæ & spiritus sanctificationem festinat. In mari rubro Ægyptij mersi sunt, in aqua hac crimina obruuntur. In Siloe cœcus visum recepit, in baptismo homo fidei lumine illustratur. In probatica pisina languidus sanatur, in baptismo ani-

1. Cor. 6. 11.
Num. 19. 18
4. Reg. 5. 14.
Exo. 14. 29.
Io. 5. 9.
Io. 5. 2.

animæ languor curatur. In aqua
4. *Reg.* 2. 19. sterili, beneficio Eliſæi, fœcunditas eſt reperta, in aqua Baptiſmi filij Dei generãtur. Aqua inſuper Baptiſmi eã à Spiritu ſancto virtutẽ accipit, vt ea in anima efficiat omnia, quæ aquæ elementũ in corpore præſtare ſolet. Hæc imagines reddit, illa Dei imaginem in nobis illuſtrat; hæc ardorem refrigerat, illa concupiſcentiam; hæc terram fœcundat, illa præclara opera producit; hæc aſpera emollit, illa cor durum molle reddit; hæc ſitim pellit, illa terrenarum rerum deſideria reſtinguit; hæc ignem, illa inferni ardorem delet; hæc arces, illa ſpiritus munit; hæc vaſa, illa corda gratia & virtutibus complet. Aquæ huius defectum ſupplet Baptiſmus vel flaminis, pœnitentia ſcilicet, votum illius includens; vel ſanguinis, ſeu mar-

martyrium pro Christo susceptum. In his omnibus non deest difficultas & periculum, vnde satis conijcitur remedij difficultas, & peccati mortalis grauitas.

Caput XIV.

Homini adulto rationeque vtenti necessaria est pœnitentia, qua eius peccata, post Baptismum admissa, remittantur.

Pœnitentiæ Sacramentum signum est remissionis omnium eorum peccatorum, quæ post Baptismi susceptionem commissa sunt. De remissione illorum peccatorum hæc sunt scripturæ diuinæ testimonia. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam vita viuet, & non morietur; omnium iniquitatum eius non recordabor; Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit* Ezech. 18. 21.

Domi-

Dominus, & non vt conuertatur à viis suis & viuat? Et: *si autem dixerit impio: morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, fecerit q̃ iudiciũ & iustitiam &c. vita viuet & non morietur.* Et in nouo testamento: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Et D. Petrus: *Pœnitemini igitur & cõuertimini, vt deleantur peccata vestra. pœnitentia*, vt Cyprianus ait, *omnia ligata soluit, omnia clausa reserat, omnia aduersa mitigat, omnia contrita sanat, omnia cõfusa lucidat, omnia desperata animat, confidentiam parat, pœnitentia* iuxta Augustinum *languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, claudis gressum, aridis copiam, cæcis restituit visum, vitia fugat, virtutes exornat, mẽtem munit & roborat, peccata diluit, angelicæ fœlicitatis consortẽ in æternũ facit.* Hinc pœnitentia asylo comparatur, loco scilicet inimunita-

Ezech. 33. 8.

Luc. 13. 35.

Act. 3. 19.

Lib. de laud. pœnit.

Lib. de pœnit.

tis,

tis, ad quem quicunq; confugit ab omnibus peccatis liber est; fundæ Dauidicæ, qua Goliath, id est, peccatū animę insultans prosternitur; scalæ Iacob, per quam pœnitentes vt Angeli ad cœlum ascendunt; Virgæ Moysis, quæ Ægyptiorum serpentes, peccata nimirū deuorat; Mari rubro, in quo Ægyptij idololatræ, scilicet peccata submerguntur; Vasto illi ceto, qui miseros Ionas naufragio eripit, & in littus integros & saluos eijcit. Habet illa quidē suam difficultatē, & amaritudinem, amaricies, tamen ilia quæ ex peccato oritur, negligenda est; amarum est mare; ex eo tamen dulces emanat fluuij; *Lamentationes, carmen & væ continebat volumen illud, quod Ezechiel comedit, in ore tamen eius factum est, sicut mel dulce.* *Melius est,* iuxta Augustinum, *modica amaritudo in fauci-* *Ezech. 3.* *De 10. chordis.*

faucibus, quàm æternum tormentum in viſceribus. Signum porrò remiſſionis peccatorum tribus partibus pœnitentiæ, contritione videlicet, cõfeſſione, & ſatisfactione continetur. De ſingulis, quia difficultatem magnam habent, peccatique adeo mortalis grauitatem oſtendunt, breuiter aliquid dicendum eſt.

Caput XV.

Homini pœnitenti neceſſaria eſt contritio.

VT homo pœnitens peccatorum ſuorum veniam à Deo obtineat, eiuſque adeo gratiam conſequatur, timore cordis tactus intrinſecus, dolere debet primò ſe Deum offendiſſe, ſiue dolor ille ex metu ſolo gehennæ, aut malo alio coniuncto, ſiue ex puro ſummoq; Dei amore cõcipiatur, imperfectuſq; adeo,

vel

vel perfectus existat. Hic enim peccatū mortale, quod in anima ad instar plagæ tumentis, & sanie exuberantis est, ceu mucro pūgere, vel compungere debet. Idē cor peccatoris, quod durū & saxeū, &, vt Esaias ait, *à iustitia longè est*, frangere, imo in minutissimas partes comminuere debet, quo homini impio desiderium omne peccandi, & satanæ quoq; spes omnis partes ad inuicem componendi præcidatur. Ratione prioris dolor compunctio, ratione posterioris cōtritio dici solet. Illud his verbis indicatur: *In cubilibus vestris compungimini*, Hoc his alijs: *Cor contritum & humiliatum Deus nō despicies.* Ad posteriorē dolorem, qui à Dei amore & charitate perfecta procedit, omnes eniti deberēt; perfectè enim ille animā Deo subijcit, humilemq; reddit, iniquam

Es. 46. 12.

Ps. 4. 5.

Ps 50. 19.

pacem cum Diabolo initã rumpit, veterem hominẽ exuit, nouum induit, diuinæq; voluntati hominem subdit. Quantus verò ille quamq; magnus esse debeat quis explicabit sufficiẽter? Fortè

Hier. 6. 26. Propheta cùm sic scribit: *Filia populi mei accingere cilicio, & cõspergere cinere, luctum vnigeniti facito planctum amarum.* Peccatũ mortale animam vnicam: plus dico, Christum ipsum occidit an non dolor super dolorem esse debet? an dolor spiritalia viscera rumpere non debet? Verùm dolor, quantus quantus ille fuerit, ad peccatum tollendum non sufficit, odisse præterea debet impius & detestari valde peccatum à se admissum cum proposito firmo meliùs & rectiùs de cætero vitã suam instituendi, peccataq; cauendi; spe item firma diuinæ misericordiæ consequendæ; voto tan-

tandem præstandi cætera, quæ ad Sacramẽtum pœnitentiæ requiruntur, de quibus mox dicemus. An iam quæ sic diximus, grauia & acerba nõ sunt? Omnino sunt, graue ergo est peccatum mortale, ex quo illa ortum originemque ducunt.

CAPVT XVI.

Pœnitenti necessaria est confessio.

ACcusatio scilicet propriorũ peccatorũ, legitimo sacerdoti eo fine facta, vt pœnitẽs, vi & efficacia potestatis illius, clauiumq; Ecclesiæ, veniam remissionemq; illorum obtineat, gratiamque consequatur: Institu- *Io.20.23.*
ta enim propterea illa est à Christo Domino, in scripturis sacris relata, persuasa hominibus, recepta à fidelibus, vsitata in Ecclesia; ob insignes etiam alias

eius vtilitates; dat enim confessio gloriam Deo, eo ipso, quo fidem eius profitetur, spem in eo collocat, charitate complectitur, virtutem religionis colit, actum diuini obsequij exercet, Dei iustitiam commendat, quæ satisfactionem exigit, misericordiam, quæ clementer indulget, sapientiam, quæ liberat tam inusitatis modis, in ijs voluntariâ delicti confessione, & potentiam, quæ tam iustum exequitur iudicium, & facit vt homo, amore Dei, propriam reuelet ignominiam, sibi ipsi suaratione perfidus factus, honorat deinde Christum, quia per eam clarescit multa efficacia sanguinis ipsius & meriti, non solùm in propria persona, sed etiam cùm applicatur per manus Sacerdotis, manifestatur non minus efficax & viuida.

Gau-

Gaudent etiam Angeli super vno peccatore pœnitentiã agente magis quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Luc.15.7. Ecclesiæ item restituitur membrum viuum, & filius multarum lachrimarum. Reipublicæ bonum insuper affertur, confessione siquidẽ multis scandalis occurritur, medicina malis innumeris præbetur. Sic agnoscunt pastores vultum pecoris sui; Cõfessarij viso aliorum lapsu discunt humiles esse, considerantque & se infirmitate circundatos esse. Pœnitenti tandem vtilis est confessio; eà enim resipiscit *à laqueis Diaboli, à quo captiuus detinebatur*; 2.Tim.2. anima formatur noua creatura; intellectus discit sapere; voluntas diuinæ incipit volificari; memoria Dei beneficiorum recordatur; potentia tota in Dei seruitium intenditur; sensus

obediunt rationi, vt & eorum
Ps. 83. 13. appetitus; *Cor & caro exultant in Deum viuum.* Contemnit homo mundum, abnegat seipsum, æstimat se diuitem in paupertate, satiatum in fame, lætum in fletu, honoratum in despectu, beatum in persecutionibus. Certiùs ei post cõfessionem etiã constat de venia peccatorum, à Confessario opportunis remedijs viuatur, eius opera, consilio & persuasione bona iniustè ablata restituit, complet omissa vota, promissis stat, conciliat amicitias, damna illata compensat, liberat præstitam fidem, vltimã voluntatem mãdat executioni, contractus illicitos soluit, negotiationes periculosas tollit & merces. Ad summam hominem ab exilio in patriã reuocat. Magna, fateor, hæc sunt, difficultatem tamen confitendi penitus

non

non tollunt; lapis offensionis multis adhuc est confusio; eum, peccatū mortale ad casum ponit, graue ergo est, multisq; nominibus detestandum.

Caput XVII.

Satisfactio homini pœnitenti necessaria est.

ORthodoxorum omniū constans, & ex fide certa sententia est, post culpam remissam, superesse pœnam aliquam temporariam, diuinitus constitutam & decretā, pro qua sit Deo satisfaciendum, nisi pœnitentiæ internæ dolor tantus esset, qui vnà cum culpa pœnam omnino omnem absorberet. Id primùm exempla varia, ex S. litteris petita, demōstrant. Adā primus parēs noster, post peccatū superbiæ & inobedientię remissū, miserijs, *Gen.* 3. 19. *Sap.* 10. 1.

serijs, sudoribus, laboribus, do-
Num. 20. 12. lorib⁹ subactus fuit. Moyses ob-
tinuit remissionem peccati diffi-
dentiæ, & tamen ab ingressu in
terram promissionis exclusus fu-
it. Populo Israel remisit Deus
idololatriæ peccatum, & tamen
Exo. 32. 34. inquit: *Ego autem in die vltionis vi-*
sitabo & hoc peccatum eorum. Ma-
riæ donatur murmurationis
noxa, lepra tamen septem die-
Num. 12. 10 rum punitur. Dauidi pœniten-
ti, Dei nomine dicitur, à Na-
2. *Reg.* 12. 13. than Propheta: *Transtulit quoque*
Dominus peccatum tuum; veruntamē
filius, qui natus est tibi, morietur. Ei-
2. *Reg.* 12. 14. dem, post remissionem ambi-
tiosi peccati optio datur, vt è
tribus vnum eligat ad illius pec-
cati vindictam. Heli remit-
titur culpa, & tamen in vltio-
nem morte violenta castigatur.
1. *Reg.* 3. 18. Cætera prætermitto. Iam dubi-
tari non debet quin alijs quoq;

qui

qui vel eadem, vel alia, vel maiora peccata admiserunt, post illorum remissionem, superstit quoque pœna aliqua temporalis subeunda luendaque. Id deinde SS. Patres agnoscunt; passim enim idcirco docent ab ijs etiam, quos peccatorum pœnituit, Deo satis fieri oportere, jeiunijs, precibus, & aliis corporis afflictationibus, vt redimantur ea ratione peccata. Concilium idipsum Tridentinum definit. Ratio tandem concludit rectè id à Do esse decretum. Impius enim se creaturis ad suã delectationẽ, vel vtilitatẽ peruersa vel vsum suæ liberæ malitiæ illigat, Deumque grauiter offendit, merito etgo ab illo castigatur, juxta illud: *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Et: *pro mensura peccatorum erit & plagarum*

Orig. hom. 15. in Leu. Cyprian. l. 1. Ep. 3. Ambr. l. ad Virg. lapsam. Aug. in Enchir. c. 70. & c. Sess 6 Can. 30.

Apoc. 18. 7.

Deut. 25. 2.

Deut. 25. 2. garum modus. Sic etiam homo cognoscit, quantum sit malum peccatum mortale; *Propterea enim*, ait D. Augustinus, *productior est pœna quàm culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna.* Impius tertiò metu huius pœnæ à peccando in posterũ retrahitur. Satisfactionibus quartò habitũ asperioris vitæ, quam Christus exemplo suo cõmendat, aquirit; Ea tandem ratione exemplum alijs præbet, eoq; simul docet se omissa mala vita transijsse ad meliorem. Tollitur ergo debet pœna tẽporalis, vt sic peccatũ, quod illi aliquo modo adhuc ineſt, aboleatur. Tollitur autẽ pœna operibus satisfactorijs tribus, ieiunio, oratione & eleemosyna, vt & alijs, quæ ad tria hæc dicta reuocantur. Satisfaciendi modum præscribit Virgini cuidam lapsæ D. Ambrosius in

Tract. 124. in Ioan.

Aug. hom. 50. c. 11.

In Tract. ad Virg. lapsam c. 8.

in hæc verba: *Grande scelus, grandem necessariò habet satisfactionem; mens ac membra singula digna sunt castigatione puniendæ: amputẽtur crines, qui per vanam gloriam occasionẽ luxuriæ præstiterunt, defluant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt, pallescat facies, quæ quondam viruit impudicè, denique totum corpus incuria maceretur cinere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit, cor verò sic liquescens sicut cæra, ieiunijs inquietans seipsum, & cogitationibus ventilans, quare sit ab inimico subuersum, sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Non pigeat,* ait D. Pacianus, *opportuna quàm primùm salutis remedia inuadere, dejicere mœroribus animũ, sacco corpus inuoluere, cinere perfundere, macerare ieiunio, mœrore conficere, multorum precibus* *In Exhor. ad pœn.*

adiuuari. In quantum pœnæ vestræ non peperceritis, in tantum vobis Deus parcet. Hæc sunt stercora, quæ infructuosæ ficui adhibet agricola, Ad Luc. 3. ait Nazianzenus; Ea qui non adhibet, indulgentiis opus habet, vel in purgatorio satisfacere, vel satis pati debebit; *non intrabit enim in eam* (gloriam) *aliquod coinquinatum.* Apoc. 21. 27. Ex his omnibus colligitur grauitas peccati mortalis, quæ homini tam grauia, & sensui carnique tam molesta imponit.

Caput XVIII.

Reliquiæ peccatorum tollendæ sunt.

REmisso peccato, sublatisq; pœnis temporalibus remanent reliquiæ quædã, debilitas scilicet resistendi malo, & in benefaciendo cõtradictio & rebellio; vt enim corporis ægritudo,

verbi

verbi gratia, febris, dimisso ęgro, relinquit post se periculosa accidẽtia, laxationẽ stomachi, debilitatem cerebri, laterum contorsiones, inappetentiam, & alia de genere eodem; sic peccatum mortale etiam remissum relinquit post se periculosa accidentia, quorum operâ homo ægrè bonum, malum autem facilè facit. Lasciuiæ quidem peccatum sequitur impotentia resistẽdi tentationibus carnis; Odij, vltionis appetitus, indignatio, impatientia. Et sic de cæteris. Earum reliquiarũ residuorumq; ratione anima illud dicere potest: *Nigra sum, sed formosa:* formosa per pœnitentiam & gratiam, nigra per reliquias, quarum atra fuligione egregij colores, animæ nouam gratiam offuscant. Hæ, vt peccatum sit penitus abolitum, gratiæq; lux re-

Cant. 1. 5.

resplendeat in anima, tolli ab homine debent. Magnam partem eas tollunt dona Spiritus Sancti, quæ animę vnâ cum gratia infunduntur; stupiditatem quidem in rebus præsentibus scientia, in futuris improuidentiam consilium, in aduersis pusillanimitatem fortitudo, elationem in prosperis timor, ignorantiam in diuinis sapientia, immisericordia aduersus pauperes pietas; adhiberi tamen debent præterea remedia alia; in ijs numerantur satisfactiones pro pœnis temporalibus, hanc enim vim illæ quoque habent; studium deinde bonorum operum, iteratio scilicet crebra sacramentorũ, mortificatio passionum, inclinationum malarum abnegatio, frequentes lachrymę; sicut enim mulieres telas dealbaturæ, eas frequenter lauant,

lauant, vel aqua perfundunt; sic homo, vt candorem niueum in animam suam inducat, plorare lachrymisq; sæpe eam rigare debet, & cum Dauide à Deo instanter petere: amplius laua me. Quod si facere negligat, miser erit suo modo, sibiq; facilem ad peccandum aditum aperiet. *Ps. 50.*

Caput XIX.

Relapsus in peccatum omni studio cauendus est.

QVi ea, qua diximus, ratione, peccatum penitus sustulit, de cætero illud vitare debet, & cum dilecta Deo sponsa dicere: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Ad illud nos hortatur scriptura sacra his verbis: *Declina à mala.* Et: *Quiescite perperuersè* *Cant. 5. 3.* *Ps. 36. 27.*

Esa.1.16. uersè agere. Et: *Ingredere sine macula.* Et: *Proijce prævaricationes.*
Ps.14.2. Et: *Abijce opera tenebrarum.* Et:
Ezech. 18. 31. *Dices ad exasperantem me domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Suffi-*
Rom.13 12. *ciant vobis omnia scelera vestra domus Israel* Christus etiam Dominus, ad eum, quem saluti restituit, inquit: *Noli amplius peccare.*
Ezech. 44. 6. Et: *Fili peccasti, non adycias iterum.*
Eccli.21.1. Ex his facilè intelligitur quàm turpiter hallucinentur illi, qui sine fronte asserũt se, ob virium suarum imbecillitatem, & hostium potentiam, peccata vitare non posse; Licet.n. primùm homo viribus proprijs imbecillus sit, alienis tamen potens est.
Ps.144. 3. Iuuat eum Deus, *cuius magnitudinis non est finis; suscipit enim impulsum ad casum, & cum permouetur misericordia eum adiuuat, animam*
Ps. 93.19. *seruat, in multitudine dolorum con-*
Ps.139.8. *solationibus eam lætificat, obumbrat*

caput

caput in die belli, in tribulatione dilatat, refrigerium præbet in media fornace, vt quondam adolescentibus Hebræis, facit cum tentatione prouẽtum, vt possit quis sustinere, imperat ventis & mari, & sequitur tranquillitas magna. Suppetias deinde ferunt Sancti Dei, eorum exempla, innumera solatia & remedia orationum, Sacramentorum, operum bonum, gratia infusa, virtutes eam comitantes &c. Et ita quidem, vt verè dicere possit: *Plures sunt pro me quàm contra me.* Hostes etiam debiles sunt, & non vincunt nisi volentem: Eius etiam vires, si quæ sunt, Deus retundit. Spei ergo anchoram comprehendamus, eique firmiter adhærescamus, & nulla huius turbulenti maris procella nos à gratia auellet, aut fluctuantes de constantia deijciet. *Virtus in infirmitate perficitur.* Alij

Ps. 42. *Mat.* 8. 27. 4. *Reg.* 6. 16. 2. *Cor.* 12. 9.

con-

contrà, præsumptione vanâ, quæ filia superbiæ est, sibi suisque viribus nimium confidentes, facillimè se peccata vitare, graniamque conseruare posse autumant. Hinc securi sunt, nihil metuunt, nullius subsidium expetunt. Verùm impudentissimè hi honorem & gloriam furantur, eamq; sibi adscribunt, & de ea tanquam bono proprio gloriantur, quasi potentes sint in potentia sua, sicq; in grauissima salutis pericula incurrunt, studiaque sua funesto exitu persæpe concludũt. Filij Israel coacto exercitu quadringentorum millium, vt delerent filios Beniamin ob nefarium stuprum illatum vxori cuiusdam Leuitæ, dum hostem adoriuntur, ceciderunt ipsi primo congressu viginti duo millia virorum, secunda verò pugna ijdem & al-

Iud. 20.

tera

tera vice à filijs Beniamin è Gabaa egressis ad octodecim millia virorum. Vix alia caussa cædis huius colligi potest, quàm quòd fortitudine & numero cõfisi, hostes suos aggressi fuerint. Iosephus & Azarias, Principes virtutis, audientes præclara Iudæ Machabæi facinora, voluerunt & ipsi sibi nomen parare. Occurrens Gorgias eos fregit, fugauitq; vsq; in fines Iudæ, & ceciderunt (ait scriptura) illa die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est fuga magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ita illis accidit, cùm absque consilio cœcoq; impetu in desideria sua ruunt, meritasque dant pœnas temeritatis, quòd ab eo consilium auxiliumque minime postulant,

1. *Mach.* 5.

stulant, sine quo hostes, siue corporales, siue spirituales, nullo modo vincere possunt. Notent
1. Cor. 10. 12 illud Pauli: *Qui existimat se stare, videat ne cadat.* Iam enim quis cadit præ debilitate pedum, id est, affectionum animæ, modò ex ignorantia, iam aliorum malo exemplo inductus, suo arbitrio aliquando, liberaq; voluntate,
Ps. 70. 18. leuitate, aut malitia. Orandum proinde iugiter cum Dauide: *Vsque in senectam & senium ne derelinquas me.* Ab alto & sublimi gratię gradu cadere procliue est, certè viri magni ceciderunt, intimi Dei amici fœde corruerunt
Thren. 4. 5. mortali vulnere saucij. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora; amicti auro primo reputati sunt in vasa testea.* *Cum timore & tremore operanda est salus*; Ante victoriam encomium non est canendum.

Ca-

CAPVT XX.

Quomodo declinare vitareque possimus peccata.

SI primùm cogitationem noxiam, ceu caput serpentis, pessimumq; inferni semen observatione accurata caueamus, nihilque aliud cum Chrysostomo quàm peccatum vereamur, nulla re cũ Ambrosio, nisi transgressione legis cõcutiamur, cum Anselmo in infernũ potius demergi, quàm in peccatum mortale consentire velimus. Si deinde occasiones peccandi omnes omnino, quo ad eius fieri potest, defugiamus; *Cor enim*, vt Sapiens ait, *ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur.* Duas ille vias ingreditur, qui iustitiam sectatur, & in statu gratiæ negligit peccati occasiones, quæ ad illud *Eccli.* 3. 28.

illud via sunt. Dagon & arca Dei in eodem altari mentis non subsistunt. Prohibitum olim à Deo fuit, ne quis duplici semine seminaret, vestem lana & lino contexeret, & bone simul ac asino terram aratro proscinderet. Præceptum item fuit, vt pellis, & omnes carnes cum capite & pedibus, & intestinis, & fimo reliquoque corpore extra castra efferretur. Quo indicatur eum qui Deo mentem suam immolauit, debere omnia sua ex castris, in quibus occasio peccandi fuit, efferre, nisi illis configi vulnerariq; velit. Sunt paruæ quidem & debiles occasiones peccandi, sed vnum & idem est Dæmoni per fenestras ingredi, aut muros transcēdere, quod per angustum foramen serpere. Quid prodest arci animæ mutis cingi, altis propugnaculis munitis

Leuit. 19. 10.

Leuit. 4. 11

muniri, & portis clausis defendi, si ianua parua aperta sit, per quam hosti pateat aditus. Si tertiò vel minima peccata vitemus, hæc enim magnis viam aperire solent. *Nutrita anima venialibus,* ait D. Gregorius, *mortalia non abhorret.* Minimus fuit lapis è monte sine manibus abscissus, columnam tamen magam eamque fortissimam prostauit & comminuit. Exiguus clauus impactus inutile reddit tormentum bellicum. Animalcula vniuersam afflixerunt Ægyptum. *Vulpes paruulæ vineam demoliuntur. Paruuli allidendi sunt ad petram: qui minuta spernit, paulatim decidet. Pessulum,* ait Sponsa, *Ostij mei aperui, & sponsus à me declinauit. Minima,* iuxta D. Augustinum, *si negliguntur, occidunt.* Si quartò diligenter vigi-

Lib. 10. Mor. c. 14.

Cant. 5. Tract. 12. in Ioan.

vigilantes, ſuper cuſtodiam noſtri ſtemus, hoſtiumque inſultibus, occurramus; *in pigritijs enim humiliabitur cõtignatio, & in infirmitate ſtillabit domus.* Otium fœcunda eſt multorum malorũ ſeges, vitiorumq; magiſter. Si quintò carnẽ, ceu equum indomitum, habenis arctiſſimis, ne calcitret, cohibeamus, nuditatem illius aſpero cilicio contegamus, ſacco operiamus, diſciplinis domemus, lectum eius lachrymis lauemus, ſtratumq; illis rigemus. Si ſextò paſſiones, quæ in miniſteriũ rationis aſſignatæ ſunt, iugiter tamen eã, & nos infeſtant, & ad peccatum ſtimulant, reprimamus, & ſub iugũ mittamus: imo vnâ cum earum rege Agag, hoc eſt, appetitu ſenſitiuo, minutatim diſſecto, occidamus, ſi tandem meditationi grauitatis peccati mortalis incumbamus;

Eccl. 10. 18.

dici

dici enim vix potest, quantum illa faciat adexpulsionem eius; per serpentis aspectum olim serpentum ictus sanabantur; scorpius secumdefert remedium læthiferi veneni, Achillis hasta vulneribus medebatur, sic peccatum peccato medetur, peccatum damnat peccatum, virus vnum aliud pellit. Si quid difficultatis & laboris his inest remedijs, id omne machinatori peccato mortali adscribi debet.

Caput XXI.

Studendum bonis operibus vt peccatum vitetur.

SAlutis nostræ neruum statuit diuina scriptura in duobus his capitibus: *Declina à malo, & fac bonum; quiesce peruersè agere, & disce benè facere, ingredere sine macula, & operare iustitiam; proijce prævaricationes, & fac cor nouum;* *Ps.* 36. 27. *Es.* 1. 16. *Es.* 14. 2. *Ezech.* 18. 31.

Rom. 13.12 Eph. 4.24. *abijce opera tenebrarum, & indue arma lucis; depone veterem hominem, & indue nouum.* *Primus gradus ad sanctitatem, est,* vt D. Basilius inquit, *peccatum ex animo tollere, secundus bonum facere.* *Parum est,* authore D. Gregorio Magno, *mala non agere, nisi etiam quis studeat bonis operibus insudare.* Arbor non ferens fructum, sic & homo bona opera non efferens, terræ inutile pondus est, igniſque pabulum. Operario merces datur, non quia nõ euulsit vineas, succidit arbores, euertit ædificia, perdidit villam, sed quia glebas comminuit, agros sulcauit, terram seuit, vinearum baccas & pampinos resecuit. Et vis à Deo præmium tibi persolui, quia malum non egisti? profecto grande grande malum est non benè agere, vbi agendum est. De priori actum est proximè, posterius

In psl. 1.

Hom. 13. in Euang.

rius docet D. Petrus his verbis: *Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* 2. Pet. 1. 10. Et Dominus, ipse sic loquitur: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei; quæ est sanctificatio nostra.* Matth. 7. 21. Origenes accinit: *Opera bona nos ad futuram vitam, velut fidele viaticum comitantur, iuxta illud: opera illorum sequuntur eos.* Hom. 1. in Ios. D. Hieronymus in illud: *Qui fingit laborem in præcepto: omnia,* inquit, *præcepta laborem habent, sine labore non possumus possideer regna cœlorum.* Psal. 93. 21. D. Augustinus. *Baptismo consona sit vita Christiana: Scribarum & Pharisæorum iustitia est dicere, non facere, nostram voluit esse Christus dicere & facere.* Et: *Beatissimus est, qui diuinas scripturas vertit in opera bona.* D. Bernardus: *Opera bona semina sunt æternitatis in cœlo.* Lib. de fide & op. c. 26. Ser. 112. de Tempore. Ser. 15. ad Cler.

Sed quid aget laborabitque homo, vt peccatū vitare, salutemque in cœlis consequi possit? Vt anima sua sit gratia prædiues, donis infusis aucta, odoribus exquisitis virtutum peruncta, sanctitate cumulata, adipe & pinguedine perfusa, splendoribus impleta, fragrantissimis aromatibus irrigata. Intellectus fide Deo desponsus, scientia sanctorum imbutus, ad sobrietatē sapiens. Voluntas, Dei voluntati velificetur in omnibus, eiusque mandata super aurum & topazium complectatur, dominium veræ libertatis retineat, amorem propriū excludat, qui Antiochi instar phanum animæ ingressus, candelabrum inde aufert, faces cognitionis sui, & æternis tenebris inuolutam dimittit. Memoria iniuriarum obliuiscatur, beneficiorum autem acce-

acceptorum optata gratitudine perpetuò recordetur. Vt imaginem portet cœlestis, reuelataque facie gloriam Domini speculans, in eandem imaginem transformetur. Vt potentiam executricem exerat ad præceptorum Dei perfectam obseruationem, legemq; Dei, quasi pupillam oculi liget, & in digitis suis illam scribat, tribulationes libenter perferat, & ex illis sempiternæ gloriæ coronam pertexat, vernisque coloribus exornet, magna demissione, virtutumque aliarum comitatu Deo seruiet, negotiorum sæcularium anfractus & labyrinthos rescindat, prauorumq; desideriorum senticeta succidat, Diabolo, cui nomine mille, mille nocendi artes, in fide resistat & sobrietate, *faciat iudicium, diligat misericordiam, & solicitè ambulet cum Deo &c.*

Mich. 6. 8. Vt sensus rationi subijciat, oculos in fines terræ non efferat, au-
Ib. 4. 12. res ad susurrum Dei aperiat, in odore vnguentorũ currat, quàm suauis sit Dominus gustet, Deum tangat, quia longè nõ est ab vnoquóque nostrum. Passiones animique perturbationes sedet, rationique obtemperantes effi-
Rom. 12. 1. ciat. *Corpus hostiam exhibeat sanctam, viuentem, Deo placentem, rationabile obsequium, castiget & in*
Ps. 118. 120. *seruitutem redigat.* Carnem configat timore; capite demisso ambulet, facies Dei faciem requirat; frons sit amicabilis; genæ indicium sint columbinæ simplicitatis & verecundiæ; nasus boni & mali dijudicatio; os annunciet laudem Dei; lingua exexaltet iustitiam; labia exultationis magnificét Deum; dentes doctrinam ad aliorum bonum diuidat, manus puras in ora-

oratione leuet, & ad fortia mittat; humeri ferant aduersitates, dorsum cruces, venter inediam, genua Deo flectantur, pedes in bono persistant; cor & caro in Deum exultent. Homo tandem ipse bonis sic insistat, vt vitato peccato, de obtinenda in cœlis mercede certus esse possit. At hæc difficilia & operosa sunt? peccato mortali in acceptis refer, & cogita beatitudinem laboris esse filiam; *& quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari.* 2. Cor. 4. 17.

Caput XXII.

In bono perseuerandum est, vsq; in finem.

NE quis in pristina relabatur, gratiaque & salute excidat, perseuerantia in bono opus habet. Ad eam Dominus noster,
Mat.10.22 apud D. Matthæum, hortatur his verbis: *Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit.* Et D. Paulus
1.Cor.15. hac hortatione: *Fratres mei dilecti stabiles estote & immobiles in omni opere Domini semper; scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Et
Apoc.2. D. Ioannes: *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronã vitæ.* Singulare prorsus est hoc quoq; Chri-
Lu.22.28. sti Domini: *Vos estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis; & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo &c.*
2.Tim.4.7. Et illud D. Pauli: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum*

solùm autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Accedunt his diuinæ scripturæ testimonijs Sancti Patres. D. Cyprianus, *Insistendum*, inquit, *& perseuerandum in fide, & virtute, & cœlestis & spiritalis gratiæ consummatione, vt ad palmã, & ad coronã venire possimus.* S. Ambrosius: *Si quis incola esse cœperit ciuitatis supernæ, conuersatione & moribus, non discedat ab ea, non exeat, non reflectat vestigium, non corporis dico, sed animi vestigium. Non reuertatur retro.* S. Hieronymus: *Non quæruntur in Christianis initia, sed finis: Paulus male cœpit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur.* Augustinus: *Perseuerantia est tunica talaris S. Ioseph vsque ad finem contingens. Hæc est tunica sacerdotalis vsque ad pedes perueniens. Hæc est cauda hostiæ, quam tenemur reddere Deo & offerre. Hæc est calcaneũ bonæ*

Lib. de exhort. Mart

Ep. 11. ad Irenæum.

Ad Iuliã Ep. 6.

Ad fratres in eremo, Serm. 8.

operationis, quod contra serpentis morsum debemus obseruare &c. Et Paulo pòst: *Bonum inchoare, & malo fine concludere, quid aliud est, quàm monstrosas res cõficere? Illa enim actio quasi chymæra est, quæ initium habet à ratione, sed finem à sensualitate.*

Lib. 1. Moral. S. Gregorius: *In cassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur, quia frustra velociter currit, qui priusquã ad metas venerit, deficit.* S.

Ep. 5. Cyprianus: *Consummatio Deo hominem seruat.* S. Bernardus: *Bonam vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & perseuerare usq; ad mortem.* Et alibi: *Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo.* Qui ergo benè cœpit agere, dicat cum Iobo:

In ser. de S. pet. & Pau.

Ep. 129.

Iob. 27. 5. 6. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem, quam*

Cant. 3. 4. *cœpi tenere, non deseram.* Et cum

Eccls. 24. 14 sponsa: *Tenui eum, nec dimittam.*

Et

Et cum sapiente: *Vsque ad futurum sæculum non desinam*, benè scilicet agere. Vera virtus finē nescit: Finis coronat opus. At perseuerantia in bono multum habet difficultatis? peccato eā adscribe, & eam exorbe, nisi præceps dari velis ab impetu ferientis caudæ Draconis.

Caput XXIII.

Quomodo in bono quis perseuerare possit.

VT homo in bono perseuerare possit, duo generatim requiruntur; primò vt Deus eximio fauore ac protectione peccādi occasiones amoliatur, libidinis impetus frangat, dæmonis artes detegat, illecebras sæculi comprimat, passionum atque affectionum vim coërceat, tentationum molestias propulset,

illustrationes diuinas immittat, animum ardentibus desiderijs incendat, labilem voluntatem firmet, occasiones exercendæ augendæque virtutis præbeat: secundò vt homo ad hæc ipsa suam quoque operam conferat. Ea, cõsideratione grauitatis peccati mortali, vitationeque adeo illius, inprimis continetur. Ac licet de ea huc vsq; multa in medium attulerimus, placuit tamẽ fusè dicta, eo fine sub aspectum breuiter proponere, vt quàm graue, prauum, & peruersum sit peccatum mortale rectiùs & clariùs cognoscamus, cognoscamus autem? detestemur, abominemur, abijciamus, cõficiamus. Cùm in mala, quibus, veluti procellis, genus hominum vniuersum agitatur, mentis meæ aciem intendo, mortifero peccato peius aliud funestiusq; non

video.

video. Non viderunt quoque ante me Sancti Patres, è quorum numero vel vnũ audiamus Chryſoſtomum, cuius in Epiſtolam ad Romanos hæc ſunt verba aureo calamo ſcripta: *Peccatum Dæmone eſt peius; Dæmon ſiquidem non omnino ſpoliat regno cælorum, ſed ſubinde fit, vt & proſit modeſto & vigilanti; peccatum verò omnino excludit; voluntarius quippe Dæmon, ſpontaneaque inſania.* Hæc item: *Barbarum eſt peccatum, & tyrannidem exercens in animam ſemel captam, ſed in pernitiem eorum, qui ipſum ſuſcipiunt; Nihil enim æquè inconſideratum atque peccatum, nihil adeo amens, & ſtultum, & violentum. Omnia euertit & confundit, & perdit quocunq; inſilierit: Eſt viſu deforme, importunum, moleſtũ, graue; & ſi quis pictor ipſum effingeret, nõ mihi videretur aberrare ipſum ſic effingens: mulierem quandã formæ*

Cap. 15.

Hom. 9. in c. 3. Ep. 1. ad Corin.

beluina, barbaram, ignem ſpirantem, iniucundam, nigram, quales externi Poëtæ depinguunt Scyllas; manibus enim innumerabilibus noſtras apprehendit cogitationes & ratiocinationes, & ex improuiſo ingreditur, & omnia diſcerpit & lacerat, ſicut canes clanculum mordentes. Nihil iam ego ago, ſi quæ, quod ſolet, eleganter dixit, exemplis non illuſtrem. In cœlo, quod gremio & ſinu ſuo naſcens peccatum excepit, Dei maieſtatem conculcat, omnipotentiam deſpicit, ſapientiam contemnit, iuſtitiam abijcit, bonitatem ſpernit, rerum omnium effectorem ipſum, ſacrilego enſe educto, perdere, conterere, & in nihilum redigere conatur. In terras è cœlo excurrens Deum hominem factum oſtentui habuit, crucique infami fixit, &

Ad Hebr. 6.6. quotidie, ſecundùm D. Paulum,

figit

figit. Eius matris animam gladio transuerberauit. In cœlum rediens Luciferum cum omni atrorum exercitu, ad inferorum sedes æternùm deturbauit. Angelis beatis singulare gaudium adimit, quo ex peccatorum conuersione affici solent, opponitque se vehementi illorum desiderio, quo cupiunt rebellium sedes vacuas repleri, suumque adeo sibi honorem restitui. Sanctis alijs nocet, quia impedit ne numerus prædestinatorum impleatur, tarditatemq; adeo resurrectionis corporum illorũ inducit. Generis inde nostri parentem primum miserè infœliciterq; deceptum è Paradiso eiecit. Hominis animam & corpus Læthifer Draco, romphæa bis acuta dirè durèq; affligit, vnoque & eodem telo confi-

conficit. Animam quidem diuina gratia priuat, omni nobilitatis gradu exuit, Deo inimicam reddit. Intellectum plusquam Cymmerijs tenebris obuoluit. Rationem imperij præsidem actionumq; omnium regulam, è sua sede deturbat, cõsilium exterminat, iudiciũ profligat, temeritatem & præcipitationem vbique amplectitur. Conscientiam iugiter rodit, rapit, lacerat, mutilat, vrit. Voluntatem virtutibus dominioq; omni spoliat, &, ceu seruam arctis ac validis cippis constringit. Imaginem Dei deformat, charactereſque eius obliterat, illorumque loco, malitiæ penicillo, serpentes, basiliscos, aliaq; pingit virulenta animalia. Similitudinẽ Dei penitus abradit. Potentiæ affectricis ferrum ad bona facienda retundit, vigoremque

que bonorum operum diſperdit. Senſuum interiorum officia, quemadmodum D. Gregorius loquitur, intercludit. Senſus externos facit proditores ſpiritus, cordis lenones, inferni prodromos, maliſq; omnibus proſtituit. Appetitum cõcupiſcentem inteſtino irrequietoq; bello in ſpiritum inflammat, iraſcentem in feram conuertit, eumq; cogit impetu ferri, inſilire, rabie affici, vt ſcorpiones pungere, mordere vt ſerpentes. Corpus deinde infinitis miſerijs implicat, fame extenuat, ſiti torquet, æſtu vrit, frigore quaſſat, ætate conſumit, tempore mutat, morbo corrumpit, morte conficit. In hominem ipſum crudeliter ſæuit, nomen eius maculat, generis claritatem obſcurat, opes profligat, maledictiones, ſicut veſtimento, induit, brutis animanti-

In 7. pſ. pœnit.

mantibus æquat, lupo per auaritiam, cani per iram, per astutiam vulpi, per furorem leoni &c. Hominemque adeo homini adimit, tributarium Satanæ efficit, à beatorum gloria excludit, profundè peccantem inferno profundo demergit, morteque secunda, quæ pessima est, æternum mactat. Ad creaturas alias ab homine, vt nil inausum relinquat, deque omnibus malè mereatur, ferali odio fertur, fineq; & bono suo omni spoliat. Abyssos tandem peccatũ mortale penetrans, malè omnes, vel ad tempus, vel ad omnem æternitatem mulctat. Habet ergo homo causam vt ad cor, ad se, ad Deum post liminio redeat, peccatoque moriens ei viuat.

CA-

CAPVT XXIV.

Homo, ob grauitatem peccati mortalis, de venia saluteque æterna desperare non debet.

GRauitas peccati mortalis, de qua adhuc egi, non nullum pusillanimi diffidentiâ, & impia desperatione sic fascinat, vt vereatur se peccatorum suorum veniam & remissionem à Deo impetrare posse: Sine caussa tamen; Dominus enim noster *cyrographum decreti*, vt & offensas humanas omnes *cruci affixit & confixit*, *semetipsum pro omnib. dedit*, *vt nos ab omni iniquitate redimeret*; *vult omnes saluos fieri*, *& vbi abundauit delictũ*, *vult vt superabundet gratia*; *quomodo igitur potest quis in desperationis huius barathrum ruere?* Memineritdesperãs magnę misericordię, quã Deus exhibuit Manassi

Colos. 2. 14.

1 *Tim.* 2. 6.
1. *Tim.* 2. 4.
Rom. 5. 20.

nassi Iudææ regi, Achabo, Nabuchodonosori, alijs. Lumina defigat inobediens in Ionã, adulter & homicida in Dauidem, impudicus in Magdalenam, periurus in Petrum, persecutor in Paulum, & fateri cogetur, pœnitentiæ & misericordiæ locum sibi supereſſe, nullãq; cauſſam eſſe, cur in arctos limites Dei misericordiã cogere debeat. *In peccato non eſt medicamẽtum exterminij, ſanabiles facit Deus nationes orbis terrarum*; *ſol eſt*, vt ait Dionysius Areopagita, *nemo ſe à calore eius abſcondere poteſt, præſtabilis ſuper malitia. Nunquid qui cecidit non reſurget? aut qui auerſus eſt, non reuertetur? Vultus Dei ſuper facientes mala. Nunquid voluntatis meæ eſt, inquit Dominus, mors impij, & non magis vt conuertatur & viuat? miſericors omnino eſt Deus, pater miſericordiarum, clemens, patiens, patiendoque omnia*

Sap. 1. 14.

Ad. Demoph.

Hier. 8. 4.

Ezech. 21. 23.

omnipotentiã ſuam demonſtrans, Deus totius cõſolationis, ignoſcens ſuper malitia, diues in omnes, qui inuocãt eum, cuſtoditque in multa millia miſericordiam, qua plena eſt terra. Non diffidas ergo quiſquis es, nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum, ait Ambroſius. *Deſperatio certa mors eſt, animæ homicidium; æternæ ciuitatis*, ait D. Chryſoſtomus, *ianuam claudit, ſpes aperit, fiducia latum præbet ingreſſum.* Iſidorus: *Perpetrare flagitium aliquod mors eſt animæ, ſed deſperare eſt in infernũ deſcendere.* Porrò Dei hæc miſericordia & benignitas cum quadam ſuauitate alium titillare, dulciterque ad peccandũ prolectare non debet; benignus quidem & miſericors eſt Deus aureum Chriſti propitiatorium, in quod omnes populi reſpicere debent, parata promptaq; ſemper adſunt pharmaca,

Serm. 6. De repar. lapſi.

De ſumm. bono. l. 2.

maca, æternæ vitæ consequendæ spes est explorata, sed deterrere hæc, & à peccando auocare potiùs debent. An benignitas cum maleuolentia, misericordia cum inuidentia, beneficia cum veneficijs consistere rectè queunt? *benignitas certè Dei,* vt D. Paulus ait, *ad pœnitentiam te adducit,* non ad thesaurizandum iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Liquet igitur neque desperandum, neque nimium sperandum, sed recta via ingrediendum esse. Id sequentibus verbis docet D. Augustinus: *Ex vtroq; homines periclitantur, & sperando, & desperando; contrarijs rebus, contrarijs affectionibus, sperando quis decipitur? Qui dicit: bonus est Deus, misericors est Deus; faciam quod mihi placet, quod lubet; laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? quia misericors est Deus.*

Rom. 2. 4.

Tract. 33. in Euāg. Ioan.

misericors est Deus, bonꝰ est Deus, mã-suetus est Deus. Spe isti periclitãtur; desperatione autẽ, qui cùm inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse ignosci pœnitẽtibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos: Iam damnandi sumus; quare nõ, quod volumus facimus? animo gladiatorũ ferro destinatorum. Ideo molesti sunt desperati: iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem & desperationẽ fluctuat animus. Metuendum est, ne te occidat spes; & cũ multùm speras de misericordia, incidas in iudicium: metuendum est rursus ne te occidat desperatio; &, cùm putas iam tibi non ignosci quæ grauia commisisti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem sapientiam, quæ dicit: Et ego vestræ perditioni superridebo. Quid ergo agit Dominus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui

Prou. 1. 26.

Eccl. 5. 11. *qui ſpe periclitantur hoc dicit: Ne tardes cõuerti ad Dominum, neque differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Illis qui deſperatione periclitantur, quid dicit. In quacunque* Ezech. 18. 21. *die iniquus conuerſus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiſcar. Propter illos ergo qui deſperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum; propter illos qui ſpe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum.* Hæc Auguſtinus. Et Cæſarius Arelatenſis: Hom. 6. *Nemo deſperet, ſed nemo malè ſperet; deſperat qui credit, quod etiamſi pœnitentiam agat, diuina miſericordia non indulgeat; malè ſperat, qui ſe poſt multa tempora ad pœnitentiæ medicamenta reſeruat. Nec, quia Deus iuſtus, deſperare; nec quia miſericors eſt, debet homo nimia ſecuritate cõfidere, ſed ſic timeat iuſtitiam, vt quærat miſericordiam; ſic de miſericordia confidat,*

vt

vt tamen iustitiam contremiscat. Atque Hæc sunt quæ de grauitate peccati mortalis scribenda putauimus, quæ qualiacunq; sunt, subiecta esse volumus iudicio Sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ, Deum simul & beatissimam Virginẽ matrem precantes, vt hunc laborem sibi honorificum & glorioſum, omnibus gratum vtilemq; esse concedant

Amen.

INDEX TOTIVS OPERIS, EIVSQVE LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Graue est peccatum mortale, si eius ratio habeatur in quem illud admittitur.

CAPVT.

I. *Deus ter Op. Max. peccato mortali offenditur.*

II. *Deus, vt benefactor noster, cui similis nemo, peccato mortali offenditur.*

III. *Peccator ideo Deũ offendit, quia ab eo se auertit.*

IV. *Deum impius propterea offendit, quia se ab eo, vt legis latore est, auertit.*

V. *Offendit impius Deum, quia ad creaturas peruerse se conuertit.*

VI.

VI. *Impius offendit Deum, quia à creaturis leges accipit.*

VII. *Quia peccator se ad creaturas, vt vltimum suum finem conuertit, Deum offendit.*

VIII. *Peccator offendit Deum, quia eum immani barbarie, quo ad se, perdere nititur.*

IX. *Christus Dominus peccato mortali offenditur.*

X. *Summè benefaciens Christus peccato mortali offenditur.*

XI. *In quo peccator Christum Dominum offendat?*

XII. *Beata augustissimaque virgo Maria peccato offenditur.*

XIII. *Magna nostra mater & benefactrix virgo Maria peccato mortali offenditur.*

XIV. *Quare peccator Deiparã Virginem offendat?*

XV. *Angeli peccato læthifero offenduntur.*

XVI. *Angeli benefactores maximi*

peccato mortali offenduntur.

XVII. *Cur Angeli peccato mortali offendantur.*

XVIII. *Sancti Dei peccato mortali offenduntur.*

XIX. *Sancti benefactores magni peccato mortali offenduntur.*

XX. *Quomodo Dei Sanctos impius offendat?*

XXI. *Lædit impius Ecclesiam in terris militantem.*

XXII. *Ecclesia benefactrix nostra magna ab impio offenditur.*

XXIII. *Quo pacto Dei Ecclesiam impius offendat?*

XXIV. *Impius offendit Rempublicam Christianam, illiusque administratores.*

XXV. *In quo peccator Reipublicæ Christianæ moderatores offendat?*

XXVI. *Proximus mortali peccato offenditur.*

XXVII. *Quomodo peccator proximum suum offendat?*

XXVIII. *Quomodo peccator seipsum offendat.*

LIBER SECVNDVS:

Graue est peccatum mortale, si ad eum, qui se illo astringit, attendatur.

I. *Homo ex omni æternitate nihil fuit.*

II. *Homo ex nihilo æterno non potuit viribus suis emergere.*

III. *Vt homo ex nihilo extraheretur, infinita Dei virtute opus fuit.*

IV. *Deus potest hominem, à se gratuitò conditum, in nihilum cùm vult, redigere.*

V. *Homo, eximijs licet bonis ornatus, cum Deo comparatus, miser, & nullus est.*

VI. *Animæ ratione homo miser & infœlix est.*

VII. *Ignobilis homo est, miser, quia intellectu constat.*

VIII. *Peccator, spectata sua voluntate, miser est.*

IX. *Homo, quatenus memoria præditus est, miser & miserabilis est.*

X. *Qua parte homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, infœlix est.*

XI. *Miseriam hominis declarat eius vis & potentia agendi.*

XII. *Ex sensibus miseriam hominis colligere licet.*

XIII. *Passiones hominem vilem miserumque reddunt.*

XIV. *Homo dum se corpore nutrire & augere studet, miserum se esse ostendit.*

XV. *Vis generandi sibi simile ignobilem, & infœlicem facit hominem.*

XVI. *Peccator, ob vitiosum corpus malique habitus, miser est.*

XVII. *Corpus aggravat animam, adeoq;*

adeoq; homo, ex ea parte, miser est & ignobilis.

XVIII. *Homo, quâ peccator est, miser & miserabilis est.*

XIX. *Miser est peccator, quia amentis insipientibus similis est.*

XX. *Impius vilis & miser est, quia monstrum est.*

XXI. *Homo, quâ improbus, miser est, quia merum nihil est.*

LIBER TERTIVS.

Graue est peccatum mortale, si causa spectetur, quæ illum ad peccandum mouet.

I. *Impius variis modis se excusat, & in alios causam culpamque suam reijcit.*

II. *Peccator, in sui defensionem, obtendit Deum velle, præcipere pec-*

catum, hominemque incitare ad peccandum.

III. Homo conſceleratus Deum ideo peccatorum ſuorum cauſam facit, quia ei libertatem arbitrij, peccandique potentiam dedit.

IV. Deo tribuit peccator culpam aliquo modo, quòd actionis ille malæ cauſa exiſtat.

V. Improbus in excuſationem ſuorum ſcelerũ, nefariè affert Deum illa permittere.

VI. Prætendit impius ſibi deeſſe ſufficiens & neceſſarium gratiæ diuinæ auxilium, quo peccata vitare poſſit.

VII. Aſſignat nefarius homo malum ſuorum ſcelerum Deo, vel impoſſibilia, vel grauia mandanti.

VIII. Homo ſcelere coopertus propterea Deum flagitiorum ſuorum auctorem facit, quòd illorum differat vltionem.

IX. Sceleſtus ſuæ improbitatis cauſam ideò

ideò in Deum refert, quia malos interdum flagellat in hac vita.

X. Homo improbus flagitiorum suorum culpam in cœlum astraque cœlestia conjcit. — 215

XI. Homo scelere astrictus improbitatum suarum turpidinem, ignorantiæ velo tegere conatur. 220

XII. Transfert nefastus peccata sua in prauas voluntatis suæ inclinationes. — — 223

XIII. Improbus malefacta sua vitiosis habitibus, prauisque consuetudinibus tribuit. — — 228

XIV. In sensus, vt causas, confert peccator culpam. 232

XV. Improbus passionibus animi, quòd peccet, culpam tribuit. 235

XVI. Sceleribus contaminatus, in sui defensionem, carnis voluptatẽ, obligatis oculis obtendit. 240

XVII. Homo improbus voluptatem carnis, quæ proprij corporis conseruationi seruit, patronam sibi suo-

rumque flagitiorum asciscit. 243
XVIII. Voluptatem carnis, qua aliorum corporum propagationi seruit, facit peccator suam aduocatam. — — 247
XIX. Peccator mundum suorum scelerum patronum constituit. 255
XX. Homo sceleratus parentes suos sui defensores facit. 259
XXI. Adoptat peccator Dominos suorum scelerum patronos. 264
XXII. Culpã impius in socios malos deriuat. — — 268
XXIII. In colloquia praua culpam confert homo scelestus. 273
XXIV. Exempla mala non obstant, quò minus impius peccata vitare possit. 278
XXV. Homo improbus satis defensionis non habet, si afferat multas esse peccandi occasiones. 283
XXVI. In res huius mundi culpã homo scelestus deriuat. 287
XXVII. Peccator, vt se excuset, Diabo-

Diabolum, ceu auctorem scelerum accusat. 292

XXVIII. *Quid causſæ sit, cur homo improbus peccet.* 296.

LIBER QVARTVS.

Graue est peccatum mortale, si spectemus grauissimas pœnas, quas impius, propter illud, dependere debet.

I. *Deus impium seuerè & grauiter ob peccata castigat.*

II. *Meritò Deus impium seuerè & grauiter ob peccata castigat.*

III. *Deus peccato impium propter peccatum punit.*

IV. *Animæ hominis impij plurimũ detrimenti importat Deus.*

V. *Peccatum mortale magnum affert intellectui malum.*

VI. *Mala conscientia dirè torquet, & cruciat hominem improbum.*

VII. *In voluntatem magnas strages edit peccatum mortiferum.*

VIII. *Egestatem summã impio affert peccatum læthiferum.*

IX. *Memoria peccato mortali magnã partem intercidit.*

X. *Imaginem Dei in homine deformat peccatum mortiferum.*

XI. *Potentia executiua peccato mortali læditur & labefactatur.*

XII. *Sensus hominis peccato læthifero vitiantur.*

XIII. *Appetitus sensum sequens, per peccatum mortale deprauatur.*

XIV. *Mortiferum peccatum manum suam violentam corpori injcit.*

XV. *Corporis partibus & membris magna damna facit peccatum mortale.*

XVI. *Homini impio peccatum mortale infamiam inurit.*

XVII. *Externa fortunæ bona peccato mortali pessundantur.*

XVIII. *Deus impium afficit mala infœlicique morte corporis.*

XIX. *Peccator, exacta hac vita, particulare iudicium durum subire debet.*

XX. *Impius, post hanc vitam, iudicium diei nouissimi rigidum subire debet.*

XXI. *Damnatus æternùm cœli aditu prohibetur.*

XXII. *De impio, cui adhæret sedes iniquitatis, ferale supplicium, animæ ratione, in inferno sumitur.*

XXIII. *Damnatus corporis ratione, diras scelerum pœnas pendet.*

XXIV. *Inferni tormenta perpetuò durabunt.*

LIBER QVINTVS.

Graue est peccatum mortale, ob remedia acria & aspera, quibus, vt tollatur, indiget.

I. *Nulla creatura pura potuit iustum condignumque remedium ex se afferre peccato mortali.*

II. *Non potuit creatura pura vlla, gratiæ etiam donis ornata peccato primi hominis & posterorum, iustum condignumque remedium afferre.*

III. *Deus solus homo factus potuit plenè summoque iure pro peccato satisfacere.*

IV. *Deus homo fieri non debuit, vt pro peccato satisfaceret.*

V. *Deus, pro sua in genus humanum liberalitate & benignitate, homo*

homo fieri voluit, vt pro illius peccato satisfaceret.

V. I. *Christus Dominus ea solùm de causa immundum venit, vt pro peccatis satisfaceret, hominemque redimeret.*

V. II. *Dominus noster plenè pro peccatis generis humani satisfecit.*

V. III. *Christus omni omnino actione, & passione, quam in vita suscepit, hominem à peccato liberare debuit.*

IX. *Quid actione & passione sua Christus effecerit?*

X. *Vt Deo quis reconcilietur, gratiamque & salutem reipsa consequatur, de suo aliquid conferre debet.*

XI. *Quomodo infantes, & qui perpetuo rationis vsu carent, gratiam & salutem consequi possint?*

XII. *Quomodo adulti, vsu rationis præditi, gratiam & salutem,*

citra

citra Sacramentorum vsum consequantur?

XIII. Baptismus homini adulto, rationisq; vsu prædito, ad gratiam & salutem necessarius est.

XIV. Homini adulto, rationeque vtenti necessaria est pœnitentia, qua eius peccata, post Baptismum admissa, remittantur.

XV. Homini pœnitenti necessaria est contritio.

XVI. Pœnitenti necessaria est confessio.

XVII. Satisfactio homini pœnitentiam agenti est necessaria.

XVIII. Reliquiæ peccatorum tollendæ sunt.

XIX. Relapsus in peccatum omni studio cauendus est.

XX. Quomodo declinanda vitandaque sint peccata?

XXI. Studendum bonis operibus, vt peccata vitentur.

XXII.

XXII. *In bono perseuerandum est vsque ad finem vitæ.*

XXIII. *Quomodo in bono quis perseuerare possit?*

XXIV. *Homo, ob grauitatem peccati mortalis, de venia salutequæ æterna desperare non debet.*

FINIS.

ERRATA.

Prior numerus paginam, posterior lineam significat.

2.9.nobis.19.3 sequuntur.20.8.se, *ante* conuertit.27.7.parum,58.14.honorificas:21 offenduntur.66.6.vt *non* ne.78.21.gens.86.10.permittunt.87.13.Eos, *non* quos.94.8.demisse.106.14.Sic.114.15.dicit, *pro* terè.123.4.*à fine*.rectè quis.133.2.quas.153.6.tristitiaq; 175.3.quidquam. Et 17.Domino. *Et penul.l.*scuta.194.5.*à fine*.consequentiam.217.5.&, *non* ex. Et 18.Quid *non* quod.218.12.prouenirent.226.6.inclinationes.235.11.incautis,246.5.dolor.249.6.desiderio.254.12.potiones.258.l. vlt.animas vestras.274.9.vanitates.276.16.*post*: lactauerint, *addendum*: peccatores.277.15.Soletur.322.14.ablatos.333.11.Zelus.361.2.*à fine*, ignominiã 370.15.nimiũ.380.9.aditu.412.14.titio.461 4.*à fine*.velificari.462.11.innatur.463.2.confessio.465 17.peruersam. *Et*: 15.Deo.469.4.*à fine*.fuligine.473.11.bonorum.474.9.Dei, *addendum est*.*Et* 2.*à fine*, *addendum*: ad.479.10.magnam. *Et* 11.prostrauit.480.14.illius.

MONACHII.

EX FORMIS BERGIANIS, APVD VIDVAM,

Impensis Ioannis Hertsroy:
Bibliopolæ Monacensis.

ANNO, M. DC. XV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


II.
Th
3080

